III. LAMPRITAE SIDERICI.

Siderische Lamprite s. Siderolamprite.

(Pond. sp. = 4,0 — 4,28.)

16. Sternbergites. (Sternbergit.)

Spec. 1. **Sternbergites flexibilis.**

Biegsamer Sternbergit.

Sternbergit; Haid. Prismatischer Eutomglanz; M. Eisensilberglanz.

Appendix. Argentum sulphuratum flexibile (Argent sulfuré flexible; Bourn. *biegsamer Silberglanz*), minorem ferri sulphurati copiam continens, non satis cognitum est.

17. Berthierites. (Berthierit.)

Spec. 1. **Berthierites radiato-fibrosus.**

Strahlig-fasriger Berthierit.

Berthierit; Haid. Haidingerite; Berthier et Beud. Kiesglanz; Br. Eisenantimonglanz.

IV. LAMPRITAE ANTIMONICI.

Antimonische Lamprite s. Stibiolamprite.

(Pond. sp. = 4,6 — 4,7.)

18. Antimonites. (Antimonit s. Antimonglanz.)

Spec. 1. **Antimonites officinalis.*)**

Officineller Antimonglanz.

Grauspiessglaserz; W. Grauspiessglanzerz; Hausm. Prismatoidischer Antimonglanz; M. Antimonit; Haid. Antimoine sulfuré; H. Sulphuret of An-

*) Propter multiplicem usum in officinis et apud pharmacopolas sic nominatus.

Digitized by Google

timony; Phill. Grey Antimony. Στίμμι, στίβι; Eustath. et Dioscor. Stibium, stibi, stimmi; Plin.

Var. 1. A. off. lamellosus. (*Blättriger off. A.*)

Var. 2. A. off. radiatus. (*Strahliger off. A.*)

Var. 3. A. off. fibrosus. (*Fasriger off. A.*) (*Federerz* ex parte.)

Var. 4. A. off. solidus. (*Dichter off. A.*)

V. LAMPRITAE BISMUTHICI.

Wismuthige (wismuthglanzartige) Lamprite s. Bismutholamprite.

(Pond. sp. = 6,1 — 6,5.)

19. Bismutholamprites. (Wismuthglanz.)

Spec. 1. Bismutholamprites eutomus.

Eutomer Wismuthglanz.

Wismuthglanz; W. Prismatischer Wismuthglanz; M. Schwefelwismuth. Bismuth sulfuré; H. Bismuthine; Beud. Sulphuret of Bismuth; Phill.

Comp. ch. Bismutholampritae eutomi Gjellebäkensis Norwegiae auctore Th. Scheerero: 79,77 cent. bismuthi, 19,12 sulphuris, 0,15 ferri, 0,14 cupri. (Poggend. Ann., Vol. LXV. 1845. p. 299.)

20. Belonites.*) (Nadelerz.)

Spec. 1. Belonites sibiricus.

Sibirisches Nadelerz.

Nadelerz et prismatoidischer Wismuthglanz; M. Patriuit; Haid. Bismuth sulfuré plombo-cuprifère; Beud. Needle Ore; Phill.

21. *Bismuthocuprites. (Kupferwismutherz.)

Spec. 1. Bismuthocuprites badensis.

Badensches Kupferwismutherz.

Kupferwismutherz; Selb et Klaproth. Wismuthfahlerz; Weiss. Wismuthkupfererz; v. Leonh. Bismuth sulfuré cuprifère; H. Cupreous Bismuth; Phill.

22. *Bismuthoplumbites. (Wismuthbleierz.)

Spec. 1. Bismuthoplumbites badensis.

Badensches Wismuthbleierz.

Wismuthsilbererz; Selb. Wismuthbleierz; Karsten. Silberwismutherz; Hausm. Bismuth sulfuré plombo-argentifère; Beud. Bismuthic silver; Phill.

---

*) Nomen *Belonites*, jam dudum in schedis meis huic generi a me impositum idemque quod germanicum nomen *Nadelerz* significans, etiam *Fröbelio* placuit.

Digitized by Google

23. *Kobellites. (Kobellit.)

Spec. 1. **Kobellites radiatus.**

Strahliger Kobellit.

Kobellit; Setterberg.

Pond. sp. 6,3; auctore Setterbergio: $3\acute{P}b^3\,\overset{'''}{Bi} + \acute{F}e^3\,\overset{'''}{Sb}^2$. In provincia Nerike Sueciae detectus. (Poggend. Ann., Vol. LV. 1842. p. 635 sq.)

VI. LAMPRITAE GALENO-STIBICI.

Galenisch-antimonische Lamprite s. Galenostibiolamprite.

(Pond. sp. = 5,3 — 6,5.)

24. Calamolamprites. (Schilfglanz.)

Spec. 1. **Calamolamprites Freieslebeni.**

Freieslebenscher Schilfglanz.

Schilfglaserz; Freiesleben. Basitomglanz; Br. Freieslebenit; Haid.

25. Boulangerites. (Boulangerit.)

Spec. 1. **Boulangerites cryptotomus.**

Kryptotomer Boulangerit. $\acute{P}b^3\,\overset{'''}{Sb}$.

Boulangerit; Thaulow.

Var. 1. B. cr. leptochondrius.*) (*Feinkörniger kr. B.*)

Prope Oberlahr effossus; auctore Abendrothio compositus ex 55,6 cent. plumbi, 25,4 antimonii et 19,05 sulphuris. (Poggend. Ann., Vol. XLVII. 1839. p. 493 sqq.) Cum hac varietate B. cr. Wolfsbergensis Hercyniae auctore Rammelsbergio compositione chemica congruit. (Loc. cit. Vol. LXVIII. 1846. p. 509.)

Var. 2. B. cr. fibrosus. (*Faseriger kr. B.*)

Nertschinskensis auctore Bromeisio compositus ex 56,28 c. plumbi, 25,03 antimonii, 18,21 sulphuris (Poggend. Ann., Vol. XLVI. 1839. p. 281 sqq.); idemque auctore Brüelo ex 53,87 plumbi, 23,66 antimonii, 1,78 ferri, 0,05 argenti et 19,11 sulphuris. (Loc. cit. Vol. XLVIII. 1839. p. 550.)

---

*) Nomen compositum ex *λεπτός*, *tenuis*, et *χονδρίον*, *granulum*.

Digitized by Google

Spec. 2. ***Boulangerites diplotomus.** *)
Diplotomer Boulangerit.
Plumbostib; Br.

Species dubia, fortasse cum Boulangerite cryptotomo conjungenda.

Spec. 3. **Boulangerites monotomus.**
Monotomer Boulangerit. $\acute{P}b\overset{\prime\prime\prime}{S}b$. (?)
Embrithit; Br.

Appendix. Generi Boulangeritae affines sunt:

1. Aes nomine ***Bleischimmer*** (*Pfaff*) insignitum, Nertschinskense, ex plumbo sulphurato, antimonio sulphurato et exigua arsenici copia constans.
2. Aes ***Plusinglanz*** (*Br.*) appellatum, Fribergense, parum cognitum ac ne chemice quidem exploratum.

26. Geocronites. **) (Geokronit.)

Spec. 1. **Geocronites Svanbergii.**

Svanbergischer Geokronit. $\acute{P}b^5 \begin{cases} \overset{\prime\prime\prime}{S}b \\ \overset{\prime\prime\prime}{A}s. \end{cases}$
Geokronit; Svanberg.

Var. 1. G. Sv. eutomus (*Eeutomer Sv. G.*)

Crystallorum formis rhombicis, structura lamellosa distincta, pond. sp. 6,46; auctore Kemdtio compositus ex 66,54 c. plumbi, 9,68 antimonii, 4,72 arsenici, 1,73 ferri, 1,15 cupri, 17,32 sulphuris. (Poggend. Ann., Vol. LXV. 1845. p. 302 sqq.) Toscanensis.

Var. 2. G. Sv. dystomus (vel solidus). (*Dystomer vel dichter Sv. G.*)

Atypotus; pond. sp. teste Svanbergio = 5,88, teste Kemdtio = 6,54; auctore Svanbergio

---

*) H. e. structura crystallina duplici.

**) Nomen vere aenigmaticum, compositum ex γῆ, terra, et Κρόνος, Saturnus. *Svanbergius* hoc nomine significari voluit compositionem ex antimonio et plumbo factam. Quis est, qui hoc aenigma explicare possit? — Scilicet Saturni nomine auctor plumbum, terrae nomine antimonium vult intelligi. Nemo sane nisi ab auctore ipso edoctus nomini *Geocronites* illum sensum inesse opinabitur.

Digitized by Google

compositus ex 66,45 c. plumbi, 9,57 antimonii, 4,69 arsenici, 1,51 cupri, 0,41 ferri, 0,11 zinci, 16,26 sulphuris. (Loc. cit. Vol. LI. 1840. p. 536 sq.) Suecicus.

Spec. 2. *** Geocronites Schultzii.**

Schultzischer Geokronit. $\acute{\text{Pb}}^{5}\overset{\prime\prime\prime}{\text{Sb}}$.

Pond. spec. testibus Sauvage et Apjohn = 6,4. An peculiaris species sit, non satis liquet.

Var. 1. G. Sch. hispanicus. (*Spanischer Sch. G.*)
Schultzit; Sauvage.

Auctore Sauvagio ex 64,89 cent. plumbi, 16,0 antimonii, 1,6 cupri, 16,9 sulphuris compositus. (Ann. des mines, T. XVII. 1840. p. 525 sq. Pogg. Ann., Vol. LII. 1841. p. 78.)

Var. 2. G. Sch. anglicus. (*Englischer Sch. G.*)
Kilbrickenit; Apjohn.

Elementa chemica auctore Apjohno haec sunt: 68,8 c. plumbi, 14,4 antimonii, 0,3 ferri, 16,3 sulphuris. (L'Institut, 1841, Nr. 379. p. 111.)

27. Jamesonites. (Jamesonit.)

Spec. 1. **Jamesonites axotomus.**

Axotomer Jamesonit.

Jamesonit; Haid. Axotomer Antimonglanz; M. Stahlantimonglanz. Chalybinglanz; Br. Querantimonerz; Weiss.

28. Plumites.*) (Federerz.)

Spec. 1. **Plumites flexibilis.**

Biegsames Federerz.

Federerz ex parte; W. Plumosit; Haid. Antimoine sulfuré capillaire ex parte; H.

Appendix. Aes nomine *Zundererz* insignitum, nigricans, quod Pyrostibitae eutomi varietatem esse mineralogi existimabant, ex Plumite fl. cum Pyrargyrite et Arsenopyrite conjuncto constare Hausmannus et Borntraegerus nuperrime docuerunt. (Erdm. Journ., Vol. XXXVI. 1845. p. 40 sq.)

---

*) Nomen derivatum a pluma.

Digitized by Google

29. **Zinkenites.** (Zinkenit.)

Spec. 1. **Zinkenites striatus.**

Gestreifter Zinkenit.

Zinkenit; G. Rose. Rosenit; Zinken. Dipelglanz; Br. Bleiantimonerz; Weiss. Rhomboedrischer Dystomglanz; M.

30. **Plagionites.** (Plagionit.)

Spec. 1. **Plagionites nigricans.**

Schwarzgrauer Plagionit.

Plagionit; G. Rose. Hemiprismatischer Dystomglanz.

31. ***Polytelites.***) (Polytelit.)

Spec. 1. **Polytelites Fribergensis.**

Freibergischer Polytelit.

Lichtes Weissgültigerz. Weissgültigerz ex parte; W.

Haec species a Tetraedrite antimoniali argentoso, qui nomine *dunkles Weissgültigerz* insignitus est, prorsus differt et ad peculiare genus pertinet. Composita est Rammelsbergio auctore ex **38,36** c. plumbi, **22,39** antimonii, **6,79** zinci, **5,78** argenti, **3,83** ferri, **0,32** cupri et **22,53** sulphuris. (Rammelsb. Repert. H. II. 1845. p. 170 sq. — Pogg. Ann., Vol. LXVIII. 1846. p. 516.)

32. **Dufrénoysites.****) (Dufrenoysit.)

Spec. 1. **Dufrénoysites Gotthardtensis.**

Gotthardtischer Dufrenoysit.

Dufrénoysite; Damour.

Crystallis, ut fertur, granatoedricis, pond. sp. = 5,55, colore ravo metallico, pulvere fusco; comp. chem. auctore Damourio: 55,4 c. plumbi, **20,69** arsenici, **22,49** sulphuris, 0,44 ferri, 0,3 cupri, 0,21 argenti. $2\acute{P}b + \overset{'''}{A}s$. (Ann. de Chim. et de Ph.; 3 Sér., T. XIV. 1845. p. 382.) Habitu Tetraedritae Tennanti similis et inter tribum Lampritarum galeno-stibicorum et tribum Lampritarum chalcostibitoideorum quasi intermedius.

---

*) Nomen *Polytelites* (a πολυτελής, pretiosus) aes pretiosum significat; est enim species generis supra dicti rarissima et propter argentum immixtum aestimatissima.

**) Nomen ejusdem fere formae, quae est nominis *Dufrénites*, ab *Alex. Brongniarto* prius Chlorosideritae impositi, quapropter alterum cum altero facile confunditur.

Digitized by Google

33. Bournonites. (Bournonit.)

Spec. 1. Bournonites dystomus.

Dystomer Bournonit.

Schwarzspiessglaserz; W. Schwarzspiessglanzerz. Spiessglanzbleierz; Karsten. Bleifahlerz. Diprismatischer Dystomglanz; M. Antimonbleiglanz et polymorpher Tripelglanz; Br. Rädelerz. Antimoine sulfuré plombo-cuprifère; H. Plomb sulfuré antimonifère. Endellione; de Bournon. Bournonite; Beud. Tripel Sulphuret.

34. Wölchites. (Wölchit.)

Spec. 1. Wölchites niger.

Schwarzer Wölchit.

Antimonkupferglanz et polytropischer Tripelglanz; Br. Prismatoidischer Dystomglanz; M. Wölchit; Haid.

VII. LAMPRITAE CHALCOSTIBITOIDEI.

Fahlerzartige Lamprite s. Chalkostibiolamprite.

(Pond. sp. = 4,3 — 5,3.)

Haec tribus ordinis Lampritarum proxima est ordini Pyritarum.

35. Chalcostibites.*) (Kupferantimonglanz.)

Spec. 1. Chalcostibites Hercynius.

Harzischer Kupferantimonglanz.

Kupferantimonglanz; Zinken.

36. Tetraedrites. (Tetraedrit s. Fahlerz.)

Fahlglanz ex parte; Br. Tetraedrischer et dodekaedrischer Dystomglanz; M. Grey Copper; Phill. Incluso Tennantite.

Spec. 1. Tetraedrites antimonialis.

Antimonisches Fahlerz.

Antimonfahlerz. Tetraedrit ex parte; Haid. Cuivre gris ex parte; H. Panabase; Beud.

Subsp. 1. Tetraedrites antim. niger. (*Schwarzes antim. Fahlerz.*)

Schwarzerz; W. Dunkles Fahlerz. Spiessglanzfahlerz. Schwarzgültigerz; Hausm. Graugültigerz ex parte. Schwarzkupfererz; Hausm.

Tetraedrites antim. niger Kamsdorfensis auctore Amelungo compositus est ex 38,78 cent. cupri, 28,87 antimonii inclusa arsenici particula, 5,03 ferri, 3,59 zinci, 23,73 sulphuris. (Rammelsb. Repertor. H. II. 1845. p. 51.)

Subsp.

*) Nomen compositum ex χαλκός, cuprum, et στίβι, stibium s. antimonium.

Subsp. 2. **Tetraedrites antim. argentosus.** (*Silberreiches antim. Fahlerz.*)

Silberfahlerz. Dunkles Weissgültigerz. Weissgültigerz ex parte; W. Plomb sulfuré antimonifère et argentifère; H.

Subsp. 3. **Tetraedrites antim. mercurialis.** (*Merkurisches antim. Fahlerz.*)

Quecksilberfahlerz.

Tetraedrites antim. mercurialis Kolterbachensis auctore Scheidthauero constat ex 35,9 c. cupri, 18,48 antimonii, 3,98 arsenici, 7,52 hydrargyri, 4,9 ferri, 1,01 zinci, 23,34 sulphuris. (Poggend. Ann., Vol. LVIII. 1843. p. 161 sqq.)

Spec. 2. **Tetraedrites arsenicalis.**

Arsenikalisches Fahlerz.

Arsenikfahlerz. Gemeines Fahlerz. Fahlerz; W. Lichtes Fahlerz. Kupferfahlerz; Hausm. Tedraedrit ex parte; Haid. Cuivre gris ex parte; H.

Spec. 3. **Tetraedrites Tennanti.**

Tennantisches Fahlerz.

Tennantit. Graukupfererz ex parte. Dodekaedrischer Dystomglanz; M. Tennantite; Phill.

Tennantites ex fodinis Modumensibus Norwegiae auctore Feamleyo constat ex 42,6 c. cupri, 19,0 arsenici, 9,21 ferri, 29,18 sulphuris. (Poggend. Ann., Vol. LXV. 1845. p. 298.)

Spec. 4. **Tetraedrites erythroconius.**

Rothstrichiges Fahlerz.

Kupferblende; Br.

Comp. ch. Tetraedritae erythroconii Fribergensis auctore Plattnero: 41,07 c. cupri, 18,87 arsenici, 8,89 zinci, 2,22 ferri, 0,34 plumbi, 28,11 sulphuris. (Poggend. Ann., Vol. LXVII. 1846. p. 423.)

37. Cuprostannites. (Kupferzinnglanz s. Zinnglanz.)

Spec. 1. **Cuprostannites melanoconius.**

Schwarzstrichiger Zinnglanz.

Zinnkies; W. Zinnkupferglanz; Br. Zinnfahlerz; W. Hexaedrischer Dystomglanz; M. Schwefelzinn. Étain sulfuré; H. Étain pyriteux. Stannine; Beud. Sulphuret of Tin; Phill.

Comp. ch. Cuprostannitae Zinnwaldensis auctore Rammelsbergio: 28,94 c. stanni, 26,31 cupri, 6,93 zinci, 6,80 ferri, 0,41 plumbi, 29,89 sulphuris. (Poggend. Ann., Vol. LXVIII. 1846. p. 518.)

Digitized by Google

Ordo VI.
PYRITAE.
Pyrite.
(*Pyritoidei. Kiese.*)

I. PYRITAE LEUCONICOLINI.
Leukonikolinische Pyrite.
(*Leuconicolopyritae. Leukonikolopyrite. Weisse et graue nikolinische Pyrite.*)

(Pond. sp. = 5,1 — 7,1.)

1. Bismuthonicolites.*) (Wismuthnickelkies.)

Spec. 1. **Bismuthonicolites Saynensis.**

Saynischer Wismuthnickelkies.

Nickelwismuthglanz; v. Kobell.

2. Ullmannites. (Ullmannit s. Nickelantimonkies.)

Spec. 1. **Ullmannites eutomus.**

Eutomer Ullmannit.

Nickelspiessglanzerz; Ullmann. Nickelantimonglanz; v. Leonh. Antimonnickelglanz. Antimonnickelkies s. antimonischer Markasit; Br. Eutomer Kobaltkies; M. Ullmannit; Fröbel. Antimoine sulfuré nickelifère; H.

Comp. ch. Ullmannitae Harzgerodensis auctore Rammelsbergio: 50,84 cent. antimonii, 29,43 nicoli, 2,65 arsenici, 1,83 ferri, 17,38 sulphuris. (Poggend. Ann., Vol. LXIV. 1845. p. 189.)

3. Gersdorfites. (Gersdorfit s. Nickelarsenikkies.)

Spec. 1. **Gersdorfites vulgaris.**

Gemeiner Gersdorfit. $Ni\begin{cases}As^2\\S^2\end{cases}$.

Nickelglanz; Pfaff. Nickelarsenikkies. Arseniknickelglanz. Weisses Nickelerz. Synthetischer Markasit; Br. Gersdorfit; Löwe. Disosmose; Beud. Nickel gris.

Gersdorfites vulgaris crystallomorphus auctore Löwio continet, 49,85 c. arsenici, 26,14 nicoli, 9,55 ferri, 14,13 sulphuris; Gersdorfites vulg. Harzgerodensis auctore Rammelsbergio: 44,0 arsenici, 30,3 nicoli, 6,0 ferri, 18,83 sulphuris. (Rammelsb. Repert. H. II. 1845. p. 102. 104.)

---

*) Barbara vox *Nicolum* revera est crux nomenclaturae; nam evitari nequit, quin ex hac voce nomina componantur ab elegantia longe remota, quibus ut lectores veniam dare velint enixe rogo.

Digitized by Google

Spec. 2. **Gersdorfites Amoibites.**

Nickelreicher Gersdorfit. $Ni^2\begin{cases}As^3\\S^3\end{cases}$.

Amoibit; v. Kobell.

Auctore Francisco de Kobell Gersdorfites Amoibites Stebensis Bavariae compositus est ex 45,34 cent. arsenici, 37,34 nicoli, 2,5 ferri, 14,0 sulphuris, 0,82 plumbi. (Erdm. Journ., Vol. XXXIII. 1844. p. 202 sqq.)

Appendix. Wodanopyrites (*Wodankies; Br.*), Gersdorfitae affinis, parum cognitus.

4. Leuconicolites. (Weissnickelkies.)

Spec. 1. **Leuconicolites Schneebergensis.**

Schneeberger Weissnickelkies.

Weissnickelkies; Br. Weissnickelerz; Hausm. Arseniknickel ex parte. Weisser Kupfernickel.

Haec species, ut Breithauptius nuperrime docuit, a Chloanthite differt systemate crystallino rhombeo et majori pondere spec. = 7,1 sed communem cum eo habet compositionem chemicam. Ni As. (Poggend. Ann., Vol. LXIV. 1845. p. 184.)

5. Chloanthites. (Chloanthit.) *)

Spec. 1. **Chloanthites dystomus.**

Dystomer Chloanthit.

Chloanthit; Br. Weissnickelerz et Weissnickelkies ex parte. Arseniknickel ex parte. Weisser Kupfernickel ex parte. Nickelbiarseniet; Kersten. Rammelsbergit; Haid.

Systemate crystallino cubico, pond. sp. = 6,4 — 6,5. Ni As. Igitur Nicolum arseniferum simplex in Chloanthite et Leuconicolite dimorphum est. (Loc. cit.)

II. PYRITAE COBALTINI.

Kobaltische Pyrite.

(*Cobaltopyritae. Kobaltopyrite.*)

(Pond. sp. = 4,9 — 6,6.)

6. Smaltites. **) (Smaltit s. Speiskobalt.)

*) Nomen a *Breithauptio* apte formatum, efflorescentiam hujus speciei viridem significans.

**) Nomen *Smaltites* id spectat, quod ex hujus generis speciebus praecipue pigmentum caeruleum smalti nomine pernotum conficitur.

Digitized by Google

Spec. 1. **Smaltites vulgaris.**

Gemeiner Speiskobalt.

Kobaltkies et kobaltischer Markasit; Br. Oktaedrischer Kobaltkies; M. Arsenikkobalt. Cobalt arsenical; H.

Structura cubica indistincta, duritie inter Apatitae et Orthoclasii duritiem, pond. sp. = 6,3 — 7,0. Co As.

Subsp. 1. Sm. v. candidus. (*Weisser gem. Speiskobalt.*)

Weisser Speiskobalt; W. Smaltine; Beud.

Pond. sp. = 6,3 — 6,6; colore candido stanni; comp. ch.: 74 c. arsenici, 20,8 cobalti, 3 — 4 ferri.

Subsp. 2. Sm. v. sidericus. (*Siderischer gem. Speiskobalt.*)

Grauer Speiskobalt; W. Eisenspeiskobalt. Eisenkobaltkies.

Pond. sp. = 6,9 — 7; colore ravo chalybis; comp. ch.: 70 c. arsenici, 13,9 cobalti, 10 — 18 ferri.

Saflorites (*Saflorit; Br.; strahliger* et *fasriger Speiskobalt*), pondere sp. = 7 — 7,3, huc pertinere videtur; magnopere enim dubitandum est, an systemate crystallino rhombeo sit, ut propter structuram fibrosam nonnulli putaverunt.

Spec. 2. **Smaltites praedurus.**

Harter Speiskobalt.

Hartkobalterz; Hausm. Tesseralkies et paratomer Markasit; Br. Arsenikkobaltkies; Scheerer. Skutterudit; Haid.

Structura cubica distincta, duritie Orthoclasii, pond. sp. = 6,7 — 6,8; colore candido stanni; comp. ch.: 79,2 arsenici, 20,8 cobalti. $Co^2 As^3$.

Spec. 3. ***Smaltites bismuthifer.**

Wismuthiger Speiskobalt.

Wismuthspeiskobalt. Wismuthkobaltkies; Br. Kobaltwismuth. Wismuthkobalt. Kerstenit; Haid.

Structura cryst. cubica et radiata, pond. sp. = 6 — 7; colore candido stanni, colori ravo plumbi appropinquante; comp. ch.: 77,9 cent. arsenici, 9,9 cobalti, 4,7 ferri, 3,9 bismuthi, 1,3 cupri, 1,1 nicoli, 1,0 sulphuris.

Spec. 4. ***Smaltites nicolifer.**

Nickelhaltiger Speiskobalt.

Nickelspeiskobalt. Stirian s. nickelreicher Markasit; Br.

Structura cubica distincta, duritie Apatitae, pond. sp. = 7,0; nicolum continens.

Digitized by Google

7. Cobaltites.*) (Kobaltit s. Glanzkobalt.)

Spec. 1. Cobaltites eutomus.

Eutomer Glanzkobalt.

Glanzkobalt; W. Kobaltglanz; Hausm. Hexaedrischer Kobaltglanz; M. Eumorpher Markasit; Br. Cobalt gris; H. Cobaltine; Beud. Bright white Cobalt; Phill.

8. Cobaltopyrites. (Kobaltkies.)

Spec. 1. Cobaltopyrites Müsensis.

Müsenscher Kobaltkies.

Schwefelkobalt von Müsen. Kobaltkies; Hausm. Isometrischer Kobaltkies; M. Glaukogener Markasit; Br. Linnéit; Haid.

III. PYRITAE ARSENOPYRITOIDEI.

Arsenikkiesartige Pyrite.

(*Arsenopyritae. Arsenopyrite.*)

(Pond. sp. = 6,0 — 7,1.)

9. Arsenosiderites.) (Arsenosiderit.)**

Spec. 1. Arsenosiderites axotomus.

Axotomer Arsenosiderit.

Eisenarsenik; Klaproth. Axotomer Arsenikkies; M. Glanzarsenikkies; Br. Arsenikalkies; Weiss. Leukopyrit; Shepard. Lölingit; Haid. Arsenical Pyrites; Phill.

Subsp. 1. A. axot. vulgaris. (*Gemeiner axot. Arsenosiderit.*)

Arsenikalischer Goldkies; Brückmann.

T. Scheererus duas distinguit Arsenosideritae axotomi vulgaris varietates chemicas, quarum alteram (Reichensteinensem) formula $Fe^{T}As^{3}$, alteram (Norwegicam) formula $Fe\,As^{2}$ designat.

Subsp. 2. A. axot. nicolifer. (*Nickelhaltiger axot. Arsenosiderit.*)

Schladminger Arsenosiderit. Hoffmannit; Fröbel.

Praeter arsenicum 13,5 c. ferri, 13,4 nicoli et 5 cobalti continet.

---

*) Nomen *Cobaltites* huic generi imposui, quia multo majorem cobalti copiam continet, quam Smaltites, cui proxime affinis est. Cobaltopyrites autem a duobus his generibus eo maxime differt, quod ex solo cobalto sulphurato constat, id quod nomine ejus ipso significatur.

**) Vix mihi hoc genus distinctius significari posse videtur quam nomine *Arsenosiderites*, quo essentialis ejus substantia ex arsenico et ferro constans exprimitur.

Digitized by Google

10. Arsenopyrites. (Arsenikkies.)

Spec. 1. **Arsenopyrites vulgaris.**

Gemeiner Arsenikkies.

Arsenikkies; W. Prismatischer Arsenikkies; M. Giftkies. Rauschgelbkies. Mispickel. Fer arsenical; H. Mispickel; Beud. Arsenical Iron; Phill. Pseudargyrum. Pyrites cineraceus.

Var. 1. A. vulg. officinalis.*) (*Officineller gem. Arsenikkies.*)

Annotatio. Vermontites, Dalarnites et Acontites (*Vermontit*, *Dalarnit*, *Akontit; Br.*) varietates Arsenopyritae vulgaris officinalis esse censentur, crystallorum angulis paululum differentes.

Var. 2. A. vulg. argentifer. (*Silberhaltiger gem. Arsenikkies.*)

Weisserz; W. Silberarsenikkies.

Spec. 2. **Arsenopyrites cobaltifer.**

Kobaltischer Arsenikkies.

Kobaltarsenikkies; Th. Scheerer.

Cobalti immixti 5—9 centesimae.

Danaites (*Danait; Hayes*) ad Arsenopyriten cobaltiferum pertinere videtur.

11. Plinianus. (Plinian.)

Spec. 1. **Plinianus eutomus.**

Eutomer Plinian.

Plinian s. Triteltes Plinianus; Br.

Novissime a Breithauptio detectus et descriptus, crystallis plagiorhombicis (∠ 61° 30′), plerumque tabulaeformibus, pond. sp. = 6,3—6,4; auctore Plattnero ex 45,46 cent. arsenici, 34,46 ferri et 20,07 sulphuris constans, igitur chemica compositione cum Arsenopyrite vulgari congruens, quo fit, ut Arsenopyrites vulg. et Plinianus eut. mineralia dimorpha sint, uterque $FeS^2 + FeAs^2$. (Poggend. Ann., Vol. LXIX. 1846. p. 443 sqq.)

Appendix ad tribum Arsenopyritoideorum.

1. *Kausimkies; Br.* Ex arsenico, ferro, an-

*) Sic cognominatus propter multiplicem hujus subspeciei Arsenopyritae vulgaris usum, qui est in officinis aerariis.

Digitized by Google

timonio et sulphure constare creditus, pondere sp. = 5; incerti generis et loci.

2. Arsenomanganon. (*Arsenikmangan; Kane. Kaneit; Haid.*) Ex 51,8 c. arsenici et 45,5 mangani compositus; parum cognitus.

IV. PYRITAE SIDERICI.

Siderische Pyrite.

(*Syderopyritae. Sideropyrite. Schwefelkiesartige Pyrite.*)

(Pond. sp. = 4,0 — 5,1.)

12. Marcasita.*) (Markasit s. Rhombeneisenkies.)

Spec. 1. Marcasita polymorpha.)**

Polymorpher Markasit.

Speerkies, Kammkies, Strahlkies, Leberkies; W. Wasserkies; Hausm. Prismatischer Eisenkies; M. Binarkies; Weiss. Markasit; Haid. Prismatischer Markasit; Br. Graueisenkies (Poliopyrites). Vitriolkies. Fer sulfuré blanc; H. White Iron Pyrites; Phill. Cockscomb pyrites. Marcasita ex parte. Actinopyrites; Fröbel.

Var. 1. M. p. lamellosa. (*Blättriger pol. Markasit.*)
Speerkies. Kammkies. Zellkies ex parte.

Var. 2. M. p. radiato-fibrosa. (*Strahlig-fasriger p. M.*)
Strahlkies.

Var. 3. M. p. solida. (*Dichter p. M.*)
Leberkies.

Appendix. 1. Kyrosites (*Kyrosit; Br.*) nihil aliud esse videtur quam Marcasita polymorpha immixtis exiguis Arsenopyritae vulgaris et cupri particulis paululum immutatus; nam et forma crystallina et compositione chemica cum Marcasita polym. congruit. Est inter Kyrositen et Leucochalcosideriten dystomum quaedam similitudo, unde alter cum altero facile confunditur.

*) Quamquam vetusto nomine *Marcasitae* utrumque ferri sulphurati genus, et cubicum et rhombicum comprehendi solebat, tamen aptissimum esse puto, nomen illud auctore *Haidingero* soli ferro sulphurato rhombeo in posterum tribui, ut tandem determinata sit hujus generis denominatio, postquam pluribus iisque minus aptis nominibus laboraverat. Qua de re si convenerit inter mineralogos, nomen alterum *Sideropyritae*, quamvis ad utrumque genus referri potest, tamen unice tribui licebit ferro sulphurato cubico, germanice vulgo *Schwefelkies* dicto.

**) Propter multiplices formas, quas offert, sic dictus.

Digitized by Google

2. Hydropyrites. (*Weicheisenkies; Br. Wasserkies; Gl.*) Marcasitae quidem simillimus, sed aqua admixta minorique et duritie et pondere spec. aliisque notis distinctus. (Poggend. Ann., Vol. LV. 1842. p. 489 sq.) Quum autem dubitari possit, aquam Hydropyritae admixtam ad veram ejus substantiam pertinere, nondum pro rato haberi potest, Hydropyriten peculiare Pyritarum genus esse. Saepenumero, licet non semper, mutatione quadam ex Marcasita polymorpha eum procreari verisimile est. Nihilominus aes simplex est, quapropter scriptor quidam de mineralogia meritissimus magnopere fefellit contendens, Hypropyriten a Breithauptio et me descriptum ex heterogenis rebus mechanice compositum esse.

13. Sideropyrites. (Sideropyrit s. Schwefelkies.)

Spec. 1. Sideropyrites vulgaris.

Gemeiner Schwefelkies.

Gemeiner Schwefelkies; W. Hexaedrischer Eisenkies; M. Pyrit. Schwefeleisen. Goldkies. Fer sulfuré; H. Pyrite martiale. Iron Pyrites; Phill. Pyrites.*) Xanthopyrites. Marcasita ex parte.

Appendix. Selenopyrites. (*Selenkies.*) Dubius; in fodina Tilkerodensi repertus esse fertur.

14. Magnetopyrites. (Magnetkies.)

Spec. 1. Magnetopyrites varians.**)

Farbenändernder Magnetkies.

Magnetkies; W. Rhomboedrischer Eisenkies; M. Hexagonaler Eisenkies; Naum. Magnetischer Pyrrhotin; Br. Fer sulfuré magnétique; H. Magnetic Iron Pyrites; Phill.

Var. 1. M. v. eutomus. (*Blättriger f. M.*) Bodenmaisensis auctore comite F. Schaffgotsch $= \dot{F}e^9 \dddot{F}e$. (Poggend. Ann., Vol. L. 1840. p. 536 sq.)

---

*) Nomine πυρίτης, *Pyrites* apud veteres non tantum Sideropyrites, sed etiam Chalcopyrites intelligebatur. (Dioscorides περὶ ὕλ. ἰατρ. V. 143. Plin. hist. nat. XXXVI. 19.) Contra nomen πυρῖτις (fem.), *Pyritis* silicem excudendis scintillis aptum (s. Quarzum pyrigonum) significabat.

**) Sic dictus, quia colorem in superficie variat.

Digitized by Google

Var. 2. M. v. vulgaris. (*Gemeiner f. M.*)

Comp. ch. Magnetopyritae variantis vulgaris Fahlunensis auctore Plattnero: 59,72 c. ferri, 40,22 sulphuris. (Loc. cit., Vol. XLVII. 1839. p. 371.) Auctore Berzelio = $\acute{\mathrm{Fe}}^{5}\,\overset{\prime\prime\prime}{\mathrm{Fe}}$ et $\acute{\mathrm{Fe}}\,\overset{\prime\prime\prime}{\mathrm{Fe}}$.

15. Nicolosiderites.*) (Nickeleisenkies.)

Spec. 1. **Nicolosiderites norwegicus.**

Norwegischer Nickeleisenkies.

Eisennickelkies; Th. Scheerer.

Systemate cryst. cubico, pond. sp. 4,6; auctore T. Scheerero compositus ex 40,86 c. ferri, 22,28 nicoli, 36,86 sulphuris. $2\acute{\mathrm{Fe}} + \acute{\mathrm{Ni}}$, formula probabilis. (Poggend. Ann., Vol. LVIII. 1843. p. 315 sq.)

16. *Leucochalcosiderites. (Weißkupfereisenkies.)

Spec. 1. **Leucochalcosiderites dystomus.**

Dystomer Weisskupfereisenkies.

Weisskupfererz; W. Kupfereisenkies.

17. *Cubanus. (Cuban.)

Spec. 1. **Cubanus euchoneutus.**)**

Cuban; Br.

Structura cubica, pond. sp. 4,0; secundum analysin a Scheidhauero institutam compositus ex 42,51 c. ferri, 22,96 cupri, 34,78 sulphuris. (Poggend. Ann., Vol. LIX. 1843. p. 325 sq. Vol. LXIV. 1845. p. 280.) Formula Rammelsbergio auctore: $\acute{\mathrm{Cu}}\,\overset{\prime\prime\prime}{\mathrm{Fe}} + 2\acute{\mathrm{Fe}}$. (Rammelsb. Repert., H. II. p. 40.)

V. PYRITAE CUPROSI.

Kupferkiesartige Pyrite.

(*Chalcopyritae. Chalkopyrite.*)

(Pond. sp. = 4,1 — 5,1.)

18. Chalcopyrites. (Chalkopyrit s. Kupferkies.)

---

*) Brevitatis causa pro *Nicolosideropyrites.*

**) Ἐυχωνευτός, *facile igne liquescens.* Nam species supra dicta facillime funditur.

Digitized by Google

Spec. 1. **Chalcopyrites vulgaris.**

Gemeiner Kupferkies. $\acute{C}u\overset{\prime\prime\prime}{F}e$.

Kupferkies; W. Pyramidaler Kupferkies; M. Gelbes Kupfererz. Cuivre pyriteux; H. Chalcopyrite; Beud. Copper Pyrites; Phil. Pyrites aurei coloris.

Chalcopyrites vulg. Reinsbergensis Saxoniae auctore Kersteno selenum immixtum habet. (Poggend. Ann., Vol. XLVI. 1839. p. 279 sq.)

Nierenkies; Br. (Blistered Copper) nihil aliud quam Chalcopyrites vulgaris reniformis et stalactiticus esse videtur.

19. Poicilopyrites. (Poikilopyrit s. Buntkupfererz.)

Spec. 1. **Poicilopyrites cryptotomus.***)

Cryptotomes Buntkupfererz.

Buntkupfererz; W. Oktaedrischer Kupferkies; M. et Naum. Kupferlebererz. Bornit; Haid. Cuivre pyriteux hépatique; H. Phillipsite; Beud. Purple Copper; Phil.

Poicilopyrites cryptotomus Connecticutensis auctore Littone continet: 61,22 c. cupri, 11,91 ferri, 26,65 sulphuris. (Poggend. Ann., Vol. LV. 1842. p. 115 sq.) Poicilopyrites cr. Redruthensis auctore Chodnewo: 57,89 cupri, 14,94 ferri, 26,84 sulphuris. (Loc. cit. Vol. LXI. 1844. p. 396.)

Poicilopyrites quum omnium generum Pyritarum proxime affinis sit nonnullis generibus ordinis Lampritarum, utrumque ordinem inter se conjungit.

20. *Domeykites. (Domeykit.)

Spec. 1. **Domeykites chilensis.**

Chilenischer Domeykit.

Arsenikkupfer; Zinken. Weisskupfer; Hausm. Domeykit; Haid. Arseniure de cuivre; Domeyko.

Auctore Domeyko compositus ex 71,64 cent. cupri et 28,36 arsenici. $Cu^3 As$. (Ann. des mines; 4 Sér. T. III. 1843. p. 3 sq.) Non sufficienter descriptus nec bene cognitus.

---

*) Propter structuram crystallinam valde indistinctam ac vix observandam ita cognominatus.

Digitized by Google

VI. PYRITAE XANTHONICOLINI.

Xanthonicolinische Pyrite.

(*Xanthonicolopyritae. Xanthonicolopyrite. Gelbe et rothe nicolinische Pyrite.*)

(Pond. sp. = 5,28 — 8,0.)

21. Trichopyrites. (Trichopyrit s. Haarkies.)

Spec. 1. **Trichopyrites orichalcoides.**

Messinggelber Haarkies.

Haarkies; W. Gediegen Nickel; Klaproth. Nickelkies; Hausm. Schwefelnickel. Thiodischer Pyrrhotin s. Gelbnickelkies; Br. Millerit; Haid. Nickel natif; H. Sulphuret of Nickel; Phill.

Comp. ch. Trichopyritae orich. Kamsdorfensis (pond. sp. = 5,65) auctore Rammelsbergio: 61,54 c. nicoli, 33,79 sulphuris, 1,73 ferri, 1,14 cupri. (Rammelsb. Repert. H. I. 1843. p. 67.)

22. *Tombacites. (Tombazit.)

Spec. 1. **Tombacites Lobensteinensis.**

Lobensteinischer Tombacit.

Tombazit et tombaciner Markasit; Br.

23. Placodinus. (Placodin.)

Spec. 1. **Placodinus cryptotomus.**

Kryptotomer Placodin.

Placodin; Br.

Systemate crystallino plagiorhombico (prismatis angul. 64° 32′), crystallis praesertim tabulaeformibus (unde nomen, a graeca voce πλακώδης); Plattnero auctore compositus ex 57,0 c. nicoli, 39,7 arsenici, 0,9 cobalti, 0,8 cupri, 0,6 suphuris. $Ni^2 As$. (Poggend. Ann., Vol. LIII. 1841. p. 631 sq. Vol. LVIII. 1843. p. 282 sq.) Prope Müsenum repertus.

24. Pyrrhonicolites. (Rothnickelkies.)

Spec. 1. **Pyrrhonicolites cryptotomus.**

Kryptotomer Rothnickelkies.

Kupfernickel; W. Nickelkies. Prismatischer Nickelkies; M. Arsenischer Pyrrhotin; Br. Arsenikníckel. Pyrrhopyrites; Fröbel. Nickel arsenical; H. Nickeline; Beudant.

25. Nicolostibites. (Nickelantimon.)

Spec. 1. **Nicolostibites rutilus.**

Hellrothes Nickelantimon.

Antimonnickel; Hausm. et Stromeyer. Antimonischer Pyrrhotin; Br. Breithauptinus; Fröbel.

Digitized by Google

Classis III.

MINERALIA METALLICA.

(Sensu strictiori.)

Metallische Mineralien.

Ordo VII.

METALLA.

Metalle.

(*Metalla regulina. Gediegene Metalle.*)

I. METALLA MOLLIA NON DUCTILIA.

Ungeschmeidige Metalle.

(Pond. sp. = 5,7 — 9,8.)

1. Antimonium. (Antimon.)

Spec. 1. **Antimonium nativum.**

Gediegenes Antimon.

Gediegen Spiessglas; W. Gediegen Spiessglanz. Rhomboedrisches Antimon; M. Amtimoine natif; H.

2. Stibiargyrum. (Antimonsilber.)

Spec. 1. **Stibiargyrum nativum.**

Gediegenes Antimonsilber.

Spiessglassilber; W. Spiessglanzsilber. Silberantimon. Prismatisches Antimon; M. Discrasites; Fröbel. Argent antimonial; H.

Appendix. Quod nomine *Arseniksilber* nuncupatur, Hausmanno teste ex Stibiargyro et Arsenico vel Arsenopyrite mixtum est.

3. Stibiarsenum. (Antimonarsenik.)

Spec. 1. **Stibiarsenum nativum.**

Gediegener Antimonarsenik.

Digitized by Google

Arsenikantimon; Rammelsberg. Arsenikspiessglanz. Arsenikalisches Antimon. Allemontit; Haid. Antimoine natif arsenifère; H. Arseniure d'Antimoine; Beud. Arsenical Antimony; Phill.

Pond. sp. = 6,2; auctore Rammelsbergio compositum ex 62,15 cent. arsenici et 37,85 antimonii. $SbAs^3$. (Poggend. Ann., Vol. LXII. 1844. p. 137.)

4. Arsenicum. (Arsenik.)

Spec. 1. Arsenicum nativum.

Gediegener Arsenik.

Gediegen Arsenik; W. Rhomboedrischer Arsenik; M. Scherbenkobalt. Giftkobalt. Fliegenstein. Arsenic natif; H. Native Arsenic; Phill.

Appendix. Arsenicum bismuthiferum, a Breithauptio *Arsenikglanz* appellatum, structura crystallina distincta monotoma, neque habitu neque compositione chemica satis exploratum est.

5. Tellurium. (Tellur.)

Spec. 1. Tellurium nativum.

Gediegenes Tellur.

Gediegen Sylvan; W. Gediegen Tellur. Rhomboedrisches Tellur; M. Weissgolderz. Tellure natif auroferrifère; H. Native Tellurium; Phill.

Auctore Petzio Tellurium nativum continet: 97,215 c. tellurii et 2,785 auri, cum exiguis ferri ac sulphuris particulis ab immixto Sideropyrite deducendis. (Poggend. Ann., Vol. LVII. 1842. p. 477.)

II. METALLA MOLLIA DUCTILIA.

Geschmeidige weiche Metalle.

(Pond. sp. = 9,6 — 19,3.)

6. Plumbum. (Blei.)

Spec. 1. Plumbum nativum.

Gediegenes Blei.

Hexaedrisches Blei; M. Plomb natif volcanique; H. Native Lead; Phill.

7. *Stannum. (Zinn.)

Spec. 1. Stannum nativum. (?)

Gediegenes Zinn.

Granulis ravis metallicis; teste R. Hermanno in arena aurifera et osmiridiifera regionis Miascensis

nuper detectum et praeter stannum exiguam plumbi copiam continens. (Erdm. Journ. f. pr. Chem., Vol. XXXIII. 1844. p. 300.)

8. Bismuthum. (Wismuth.)

Spec. 1. **Bismuthum nativum.**

Gediegener Wismuth.

Gediegen Wismuth; W. Oktaedrischer Wismuth; M. Bismuth natif; H.

9. Cuprum. (Kupfer.)

Spec. 1. **Cuprum nativum.**

Gediegenes Kupfer.

Gediegen Kupfer; W. Cuivre natif; H. Aes cyprium; Plin.

Appendix. Titanum nativum, dubium; teste Rogersio crystallis cubicis in metallifodina prope Merthyr-Tydwill in Anglia repertum esse dicitur. (L'Institut; Nr. 529. 1844. p. 60.)

10. Aurum. (Gold.)

Spec. 1. **Aurum nativum.**

Gediegenes Gold.

Gediegen Gold; W. Hexaedrisches Gold; M. Or natif; H.

Var. 1. A. n. nobilissimum. (*Edelstes ged. Gold.*)

Non nisi exiguas argenti particulas (0,16—8 cent. circiter) immixtas continens. Avdeëff in auro nat. nob. sibirico reperit: 92,71 c. auri, 6,51 argenti, 0,78 cupri et ferri. (Poggend. Ann., Vol. LIII. 1841. p. 157.)

Var. 2. A. n. palladiiferum. (*Palladhaltiges ged. Gold.*)

Palladgold. Ouro poudre. Porpezit; Fröbel.

Palladii 5,4 c. continens; brasiliense.

Var. 3. A. n. argentosum. (*Silberreiches ged. Gold.*)

Silbergold. Blassgelbes Gold; W. Elektrum; Hausm. Argentiferous Gold; Phill. *Λευκὸς χρυσὸς* (?); Herodot. *Ἤλεκτρον* et Electrum (Plin.) ex parte.

Argenti immixti copia magna, sed varians. In auro nativo argentoso Sibiriae secundum analysin ab Avdeëffo institutam continentur: 79,0 cent. auri, 20,34 argenti et 0,66 cupri ferrique. (Loc. cit. p. 159.)

Digitized by Google

Appendix. Aurum rhodiferum (*Rhodiumgold*), cujus Del Rio solus mentionem fecit, dubium est.

11. Argentum. (Silber.)

Spec. 1. Argentum nativum.

Gediegenes Silber.

Gediegen Silber; W. Hexaedrisches Silber; M. Argent natif; H.

Var. 1. Arg. n. polychryson.*) (*Goldreiches ged. Silber.*)

Goldsilber. Güldisches ged. Silber; W. Argent natif aurifère; H. Electrum ex parte. Chrysargyrum.

Var. 2. Arg. n. oligochryson. (*Goldarmes ged. Silber.*)

Var. 3. Arg. n. purum. (*Reines ged. Silber.*)

Var. 4. Arg. n. hydrargyriferum. (*Quecksilberhaltiges ged. Silber.*)

Arquerit; Domeyko. Mercursilber.

Hoc metallum, in fodina Arqueros in provincia Chilensi Coquimbo repertum, forma octaedrica, duritie, ductilitate, pondere specifico (= 10,8) et colore cum argento nativo congruens, non nisi eo differt, quod hydrargyri quandam copiam immixtam habet. Constat enim auctore Berthiero ex 86,5 c. argenti et 13,5 hydrargyri. $Ag^6 Hg$. (Compt. rend. hebd. des sc. de l'Acad. de Paris; Vol. XIV. 1842. p. 507.)

Appendix. Argenti bismuthiferi (*Wismuthsilber*) tantopere imperfecta est cognitio, ut de ejus natura recte judicare non possimus. Analyseos, quam Domeyko instituit et quae non veram compositionem chemicam argenti bismuthiferi puri refert, haecce summa est: 60,1 c. argenti, 10,1 bismuthi, 7,8 cupri, 2,8 arsenici, quibus 19,2 c. alienarum materiarum admixtae sunt. (Ann. des mines; 4 Sér.; T. VI. 1844. p. 165.)

12. Amalgama. (Amalgam.)

Spec. 1. Amalgama nativum.

Gediegenes Amalgam.

---

*) *Πολύχρυσος*, multum auri continens.

Natürliches Amalgam; W. Dodekaedrisches Mercur; M. Mercursilber; Br. Mercure argental; H. Native Amalgam; Phill.

13. Hydrargyrum. (Quecksilber.)

Spec. 1. Hydrargyrum nativum.
Gediegenes Quecksilber.

Gediegen Quecksilber; W. Flüssiges Mercur; M. Mercure natif; H. Native Quicksilver; Phill. Argentum vivum; Plin.

III. METALLA DURA.

Harte Metalle.

(Pond. sp. = 11,8 — 23,5; ferri = 7,4 — 7,8.)

14. Palladium. (Palladium.)

Spec. 1. Palladium nativum.
Gediegenes Palladium.

Appendix. „Eugenesites." (!) (*Eugenesit; Zincken.*) Tilkerodensis, ex palladio, ut fertur, cum argento, auro et selenio (?) commixto constans; species valde dubia.

15. Iridosmium. (Iridosmium.)

Spec. 1. Iridosmium nativum.
Gediegenes Iridosmium.

Iridosmin; Br. Osmiridium. Rhomboedrisches Iridium; M. Iridium osmié; H. Iridosmine; Beud.

Subsp. 1. Iridosmium nat. ravum. (*Graues ged. Iridosmium.*)
Dunkles Osmiridium; G. Rose. Iridosmium; Hausm. Sisserskit; Haid.
$IrOs^3$ et $IrOs^4$.

Subsp. 2. Iridosmium nat. candidum. (*Weisses ged. Iridosmium.*)
Lichtes Osmiridium; G. Rose. Osmiridium; Hausm. Newjanskit; Haidinger.
$IrOs$.

16. Iridium. (Iridium.)

Spec. 1. Iridium nativum.
Gediegenes Iridium.

Gediegen Iridium; Br. Hexaedrisches Iridium; M. Natif Iridium; Phill.

Subsp. 1. *Iridium nat. simplex. (?) (*Reines ged. Iridium.*)

Subsp. 2. Iridium nat. platiniferum. (*Platinhaltiges ged. Iridium.*)
Platiniridium ex parte.

17.

Digitized by Google

17. Platina. (Platina.)

Spec. 1. Platina nativa.
Gediegene Platina.

Subsp. 1. Platina nat. polyiridica. (*Iridiumreiche ged. Platina.*)
Iridplatin. Platiniridium; Svanberg.

Subsp. 2. Platina nat. nobilis. (*Edle ged. Platina.*)

Var. 1. **Pl. nat. nob. aurifera.** (*Goldhaltige edle g. Pl.*)
Gediegen Platin; Hausm.

Var. 2. **Pl. nat. nob. polyxena.** (*Polyxene edle g. Pl.*)
Gediegen Platin; *) W. Polyxen; Hausm. Hexaedrisches Platin; M. Platine natif ferrifère; H. Native Platina; Phill.

Subsp. 3. *Platina nat. polysidera. (*Eisenreiche ged. Platina.*)
Eisenplatin; Br.

18. Ferrum. (Eisen.)

Spec. 1. Ferrum nativum.
Gediegenes Eisen.

Gediegen Eisen; W. Oktaedrisches Eisen; M. Fer natif; H. Native Iron; Phill.

Subsp. 1. Ferrum nat. meteoricum. (*Meteorisches ged. Eisen.*)
Meteoreisen. Nickeleisen.

Comp. ch. Ferri nativi meteorici prope Cambriam in civitate Novi Yorki 1844 detecti: 94,224 c. ferri et 6,353 nicoli. (Poggend. Ann., Vol. LXVII. 1846. p. 124.)

Subsp. 2. Ferrum nat. terrestre. (*Gegrabenes ged. Eisen.*)
Tellurisches Eisen.

---

*) *Platinum* (*Platin*) est nomen chemicum significans metallum simplex, quod in aere *Platinae* continetur, igitur non confundendum cum *Platina*, quae ex metallo platini cum alio aliisve metallis conjuncto constat et inde ab initio, postquam reperta erat, nomen suum hispanicum accepit. Uno enim eodemque nomine duas res diversas (metallum simplex et aes compositum) appellari, mihi quidem parum convenire videtur.

Digitized by Google

Classis IV.

MINERALIA OXYDATA.

Oxydische Mineralien.

(Oxydirte Substanzen. Oxyde.)

Ordo VIII.

METALLOLITHI.*)

Metallolithe.

(Metallsteine. Metalla oxydata. Oxydirte Metalle. Oxydische Erze.)

I. METALLOLITHI METALLOIDEI ET HEMIMETALLOIDEI.

(Metallolithe von metallischem oder halbmetallischem Ansehen.)

A. METALLOLITHI SIDERICI.

Siderische Metallolithe.

(Schwarze et rothe Eisenerze. Siderolithe.)

(Pond. sp. = 4,4 — 5,3.)

1. Haematites. (Hämatit s. Rotheisenerz.)

Eisenglanz et Rotheisenstein; W. Rhomboedrisches Eisenerz; M. Eisenoxyd. Hämatit; Hausm. Fer oligiste; H. (Nomina αἱματίτης, Theophr. et Haematites, Plin. non nisi de rubro Haematite intelligi debent.)

---

*) Nomen ex μέταλλον et λίθος (lapis) compositum ac mineralibus hujus ordinis ea de causa impositum, quia pleraque, licet ex metallis oxydatis constantia, faciem metallicam non habent, sed lapideam, pars quoque terream. Sunt non nisi paucissima genera, quin etiam duarum unius ejusdemque generis (Haematitae) specierum altera sola, quae habitum metallicum prae se ferunt, quum omnia cetera metalla oxydata neque splendore neque colore metallico gaudeant.

Digitized by Google

Spec. 1. **Haematites metalloideus.***)

Metallischglänzender Hämatit.

Eisenglanz; W. Glanzeisenerz; Br. Specular Iron; Phill.

Var. 1. H. met. lamellosus. (*Blättriger m. Hämatit.*)

a. H. m. l. megaphyllus. (*Grossblättriger m. H.*)

b. H. m. l. microphyllus. (*Kleinblättriger m. H.*)

Schuppiger Eisenglanz. Eisenglimmer.

Var. 2. H. met. radiatus. (*Strahliger m. Hämatit.*)

Var. 3. H. met. schistus. (*Schiefriger m. Hämatit.*)

Var. 4. H. met. granulosus. (*Körniger m. Hämatit.*)

Var. 5. H. met. solidus. (*Dichter m. Hämatit.*)

Annotatio. Martites (*Martit; Br.*) est Haematites metalloideus pseudocrystallus forma octaedrica Magnetis vulgaris, ex quo ortus est.

Spec. 2. **Haematites ruber.**

Rother Hämatit.

Rotheisenstein; W. Rotheisenerz sensu strictiori. Red Haematite; Phill. Red Iron Ore.

Var. 1. H. r. somphoides.**) (*Rahmartiger r. Hämatit.*)

Rotheisenrahm; W. Eisenschaum. Sibilo.

Var. 2. H. r. fibrosus. (*Faseriger r. Hämatit.*)

Rothglaskopf. Blutstein.

Appendix. *Weichrotheisenerz; Br.* Ex tenerrimis laxe conjunctis particulis radiatis vel fibrosis constans.

Var. 3. H. r. solidus. (*Dichter r. Hämatit.*)

Dichter Rotheisenstein.

Var. 4. H. r. ochreus. (*Ochriger s. ockerartiger r. H.*)

Rotheisenocher. Rother Eisenocker.

Appendix. 1. Haematites ruber argillaceus. (*Thoniger Rotheisenstein. rothstrichiger Thoneisenstein.*) Haematites ruber intime cum argilla mixtus.

a. H. r. arg. vulgaris. (*Gemeiner thoniger Rotheisenstein.*)

---

*) Utraque vocabulorum graecorum forma, et μεταλλοΐδεος et μεταλλοειδης (metalloideus et metalloides) habitum metallicum significat.

**) A vocabulo graeco σομφός, quod naturam teneram, mollem et solutam significat.

Digitized by Google

b. H. r. arg. terreus. (*Feinerdiger th. R.*)
Rubrica. Röthel. Rothstein. Rothschiefer. Rothe Kreide. *Μίλτος*; Homer.

c. H. r. arg. styloides. (*Stängliger th. R.*)

d. H. r. granulosus. (*Körniger th. R.*)
Crucites (*Crucit; Thoms.*) est Haematites ruber argillaceus pseudocrystallus.

2. Haematites ruber margaceus (*Mergeleisenstein*) et quarzosus (*Kieseleisenstein*).

2. *Hystatites. (Hystatit.)

Spec. 1. **Hystatites magneticus.**
Magnetischer Hystatit. $\dddot{\bar{T}}i + 3\dddot{\bar{F}}e$.
Hystatit et hystatisches Eisenerz; Br. Titaneisen von Tvedestrand.

Appendix. 1. Washingtonites (*Washingtonit; Shepard*) haud dubie Hystatitae adnumerandus est. Nam compositione chemica parum ab eo differt, auctore Marignaco has partes continens: 59,07 cent. oxydi ferri, 18,72 oxyduli ferri, 22,21 acidi titanici. (Ann. de Chim. et de Ph.; 3 Sér. T. XIV. 1845. p. 53.)

2. Basanomelanon (*Basanomelan; v. Kobell, Eisenrose*), quod Haidingerus cum Hystatite conjungit, vix huc referendus esse videtur, quum multo minorem (12,65) acidi titanici copiam contineat.

3. Crichtonites. (Crichtonit.)

Spec. 1. **Crichtonites axotomus.**
Axotomer Crichtonit.

Subsp. 1. Crichtonites axot. Oisansensis. (*Oisansischer ax. Cr.*)
Craytonit; Bournon. Crichtonit. Fer oxydulé titané; H.

Comp. ch. auctore Marignaco: 52,27 c. acidi titanici, 46,53 oxyduli ferri, 1,20 oxydi ferri. $\dot{F}e\ddot{T}i$. (Ann. de Chim. et de Ph.; 3 Sér.; Vol. XIV. 1845. p. 51.)

Subsp. 2. Crichtonites axot. kibdelophanes. (*Kibdelophaner ax. Cr.*)
Axotomes Eisenerz; M. Kibdelophan; v. Kobell. Titaneisen von Gastein.
$5\dddot{\bar{T}}i + 4\dddot{\bar{F}}$.

Digitized by Google

Spec. 2. **Crichtonites Ilmenicus.**

Ilmenischer Crichtonit.

Ilmenit; Kupffer.

Structura crystallina axotoma caret. Auctore Delessio constat ex 45,4 cent. acidi titanici, 40,7 oxydi ferri, 14,1 oxyduli ferri, 0,5 oxydi stanni, 0,2 oxydi plumbi, 0,5 calcariae. $4\dddot{\bar{\text{Ti}}} + 5\dddot{\bar{\text{Fe}}}$. (Delesse, Thèse sur l'emploi de l'anal. ch.; 1843. p. 46.)

Appendix. Mohsites. (*Mohsit; Levy.*)

4. *Menacanites. (Menakanit.)

Spec. 1. **Menacanites cryptotomus.**

Kryptotomer Menakanit.

Menakan u. Menakeisenstein; W. Menakanit. Titaneisenstein. Eisentitan. Schwarztitanerz; Br. Hexaedrisches Eisenerz ex parte; M. Fer titané ex parte.

Var. 1. M. cr. atypotus. (*Derber krypt. Menakanit.*) $2\dddot{\bar{\text{Ti}}} + 3\dddot{\bar{\text{Fe}}}$.

Menakeisenstein. Titaneisenstein.

Menacanites cr. atypotus Egersundensis auctore Henrico Rose constat ex 42,7 c. oxydi ferri, 13,57 oxyduli ferri et 43,73 acidi titanici. (Poggend. Ann., Vol. LXII. 1844. p. 121.) Novissima autem hujus chemici sententia est, Menacanitae cryptotomo atypoto solido, non minus quam ceteris speciebus et ferrum et titanium oxydatum continentibus, non acidum titanicum sed oxydum titanii coeruleum inesse, nec oxydulum ferri, sed solummodo oxydum ferri. (Loc. cit., Vol. LXI. 1844. p. 122 sq. 126.)

Var. 2. M. cr. arenaceus. (*Sandartiger kr. Menakanit.*)

Menakan; W. Gregorit. Titane oxydé ferrifère granuliforme; H.

5. Iserinus. (Iserin.)

Spec. 1. **Iserinus magneticus.**

Magnetischer Iserin. $\dddot{\bar{\text{Ti}}} + 6\dddot{\bar{\text{Fe}}}$.

Iserin. Titaneisensand. Magneteisensand. Trappeisenerz; Br. Hexaedrisches Eisenerz ex parte; M. Schlackiger Magneteisenstein v. Unkel. Fer titané ex parte. Sable ferrugineux titanifère ex parte.

Omnium specierum, quae ex ferro et titanio oxydato constant, maximam ferri et minimam titanii copiam continet ac proximus est Magneti.

Digitized by Google

Iserinus magn. Uddevallensis auctore Plantamouro compositus est ex 71,247 c. oxydi ferri, 11,32 oxyduli ferri, 15,559 acidi titanici, 1,87 terrae siliceae etc. (Erdm. Journ., Vol. XXIV. 1841. p. 302 sq.) Iserinus m. Unkelensis auctore Rammelsbergio ex 48,07 oxydi ferri, 39,16 oxyduli ferri, 11,51 acidi titanici. (Poggend. Ann., Vol. LIII. 1841. p. 129 sq.)

Annotatio. Aes titaniferum, quod teste Henrico Rose formulam $\dddot{T}i + \dddot{F}e$ habet, igitur chemica compositione cum Crichtonite axotomo Oisansensi congruere videtur, nuper falso ad Iserinum relatus est.

Appendix. Aes octaedricum ferro-titanicum, a Breithauptio *Talkeisenerz* s. *magnesisches Eisenerz* nominatum, immixta quadam magnesiae copia ab Iserino distinguitur.

6. Magnes. (Magneteisenerz.)

Spec. 1. Magnes vulgaris.

Gemeines Magneteisenerz.

Gemeiner Magneteisenstein; W. Oktaedrisches Eisenerz; M. Magnetit; Haid. Fer oxydulé; H. Aimant; Beud. Oxydulated Iron; Phill. Ἡράκλεια λίθος. Μάγνης λίθος. Μαγνῆτις. Magnes lapis; Plin. Magnetis. Saxum magnesium; Lucretius.

Var. 1. M. v. crystallinus. (*Blättriges gem. Magneteisenerz.*)

Var. 2. M. v. solidus. (*Dichtes gem. Magneteisenerz.*)

Var. 3. M. v. ochreus. (*Ochriges gem. Magneteisenerz.*)
Magneteisenocher. Eisenmulm. Eisenschwärze. Eisenmohr.

Appendix. 1. Vignites (*Vignit*, *Blaumagneterz*) et Chamoisites (*Chamoisit*), in Gallia reperti, sunt Magnetes immixtis alienis particulis inquinati.

2. Bavalites. (*Bavalit.* Silicoaluminate de fer; Dufrénoy.) Prope Bavalon in Britannia minori repertus; oolithicus et Chamoisitae similis esse dicitur. (Dufrénoy, Traité de Min.; T. III. 1847. p. 750.)

Digitized by Google

7. **Chromites.** (Chromeisenerz s. Chromit.)

Spec. 1. Chromites dystomus.

Dystomes Chromeisenerz.

Chromeisenstein; W. Oktaedrisches Chromerz; M. Eisenchrom. Chromit; Haid. Fer chromaté; H. Chromate of Iron; Phill.

8. **Franklinites.** (Franklinit.)

Spec. 1. Franklinites americanus.

Amerikanischer Franklinit.

Zinkeisenerz; Br. Dodekaedrisches Eisenerz; M. Franklinite; Berthier.

Appendix. Isophanes (*Isophan* et *isophanes Eisenerz; Br.*) Franklinitae simillimus.

B. METALLOLITHI BARYMANGANI.

Barymanganische Metallolithe.

(*Schwere manganische Metallolithe. Barymanganite. Schwermanganerze.*)

(Pond. sp. = 4,1 — 4,9.)

9. **Psilomelanon.** (Psilomelan.)

Spec. 1. Psilomelanon durum.

Harter Psilomelan.

Schwarzeisenstein; W. Schwarzbraunstein; Hausm. Untheilbares Manganerz; M. Hartmanganerz; Br. Schwarzmanganerz. Psilomelan; Haid. Manganèse oxydé hydraté concretionné; H.

Var. 1. Ps. d. fibrosum. (*Faseriger harter Psilomelan.*)

Schwarzer Glaskopf. Leptonemerz; Br. Leptonemalit.

Var. 2. Ps. d. solidum. (*Dichter harter Psilomelan.*)

Si compositionem chemicam respicimus, distinguenda sunt et Psilomelanon barytiferum et Psilomelanon kaliferum, quae habitu non differunt et quorum alterum in alterum transit, ut ex analysi Psilomelani duri botryoidis Heidelbergensis apparet, non solum terram baryticam sed etiam kalium continentis, auctore Rammelsbergio compositi ex 70,17 cent. oxyduli mangani, 15,16 oxygenii, 8,08 terrae baryticae, 2,62 kalii, 0,9 t. siliceae, 0,6 calcariae, 0,21 magnesiae, 0,3 oxydi cupri, 0,54 oxydi cobalti et 1,43 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LXVIII. 1846. p. 513.)

10. **Hausmannites.** (Hausmannit.)

Spec. 1. Hausmannites axotomus.

Axotomer Hausmannit.

Digitized by Google

Schwarzer Braunstein ex parte; W. Schwarzbraunsteinerz, Schwarzmanganerz ex parte. Glanzbraunstein; Hausm. Pyramidales Manganerz; M. Hausmannit; Haid. Scharfmanganerz; Weiss. Manganoxydoxydul. Manganèse oxydé hydraté ex parte; H. Black Manganese Ore.

11. Braunites. (Braunit.)

Spec. 1. Braunites melanoconius.

Schwarzstrichiger Braunit.

Brachytypes Manganerz et Braunit; Haid. Hartmanganerz; Weiss. Hartbraunstein; Hausm.

Braunites melanoc. granuloso-crystallinus Tellemarkensis Norwegiae auctore Tönsagero continet: 86,4 cent. oxydi mangani, 1,57 oxydi ferri, 1,98 aquae, cum 6,22 c. terrae siliceae et 3,62 materiae insolubilis, ab immixto Manganolitho derivandae. (Poggend. Ann., Vol. LXV. 1845. p. 281.)

Appendix. 1. Marcelinus (*Marcelin; Damour*) auctore Ebelmeno est Braunites cum variante Manganolithi copia mixtus ideoque terram siliceam (circiter 10 cent.) continens. Eandem, quae Braunitae est, octaedri quadratici formam possidet. (Erdm. Journ., Vol. XXXVII. 1846. p. 258.)

2. De Heteroclino (*Heteroklin; Br.*) judicium adhuc cohibendum est. Describitur enim omnibus notis physicis ac chemicis, quae Marcelino insunt, praeditus, — (Evreinoffio auctore ex 85,86 c. oxydi mangani, 10,3 t. siliceae, 3,72 oxydi ferri, 0,62 calcariae, 0,44 kalii compositus), — exceptis crystallorum formis, quae Breithauptio teste plagiorhombicae sunt. Idem ejus cum Marcelino locus natalis eademque mineralia comites. (Poggend. Ann., Vol. XLIX. 1840. p. 205 sq.) Nonne formae a Breithauptio observatae formae pseudocrystallae Marcelini sive Braunitae siliciferi fuisse putandae sunt?

Digitized by Google

12. *Polianites. (Polianit.)

Spec. 1. Polianites amphilogus.*)

Amphiloger Polianit.

Polianit; Br. (Lichtes Graumanganerz; Br.)

Magna est hac de specie dissensio inter mineralogos. Cum Braunite Polianites duritiem et pondus specificum communia habet, sed forma crystallina, colore et splendore differt; a Pyrolusite duritie et colore prorsus distinguitur nec vero splendore et parum tantum forma crystallina. Compositione chemica ad utrumque prope accedit, sed minori aquae copia differt. Plattnero auctore praecipue ex hyperoxydo mangani constat, scilicet Polianites amph. Plattensis Bohemiae ex 87,274 c. oxydi et oxyduli mangani, 12,111 oxygenii, 0,165 oxydi ferri et terrae argillaceae, 0,318 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LXI. 1844. p. 191 sqq.) Ceterum Polianites in Pyrolusiten commutari dicitur.

13. Pyrolusites. (Pyrolusit.)

Spec. 1. Pyrolusites officinalis.)**

Officineller Pyrolusit.

Grauer Braunstein ex parte; W. Prismatisches Manganerz et Pyrolusit; Haid. Weichmanganerz; Br. Weicher Braunstein. Weichbraunstein; Hausm. Graubraunsteinerz; Weiss. Manganhyperoxyd. Manganèse oxydé ex parte; H.

Var. 1. P. off. lamelloso-radiatus. (*Blättrig-strahliger off. P.*)

Var. 2. P. off. fibrosus. (*Faseriger off. P.*)

Comp. ch. Pyrolusitae off. fibrosi Ilmenoviensis auctore Schefflero: 87,0 c. oxydi et oxyduli mangani, 11,6 oxygenii, 5,8 aquae, 1,3 oxyduli ferri, 1,2 terrae baryticae, 0,3 calcariae, 0,8 t. siliceae, 0,3 t. argillaceae. (Archiv d. Pharmacie. Vol. XXXV. 1843. p. 260.)

Var. 3. P. off. leptochondrius. (*Feinkörniger off. P.*)

---

*) *Ἀμφίλογος, addubitatus, incertus;* hoc loco significans: *dubiae speciei.*

**) Hanc speciem ita appellavi, quia inter omnia, quotquot inveniuntur, aera manganica saepissime usibus technicis ac chemicis inservit.

Digitized by Google

Var. 4. P. off. pulvereus. (*Erdiger off. P.*)
Pyrolusiten officinalem saepe transmutato Manganite vel Polianite ortum esse Breithauptius testatur. (Poggend. Ann., Vol. LXI. 1844. p. 189 sq.)

Appendix. Neukirchites (*Neukirchit; Thomson*), auctore Muiro ex 56,3 c. oxydi mangani, 40,3 oxydi ferri et 6,7 aquae constans, ex Pyrolusite immixto oxydo ferri hydrato ortus esse videtur.

14. Manganites. (Manganit s. Glanzmanganerz.)

Spec. 1. Manganites siderochrous.

Eisenfarbiger Manganit.

Grauer Braunstein ex parte; W. Graubraunstein; Hausm. Graumanganerz, Graubraunsteinerz ex parte. Prismatoidisches Manganerz; M. Manganit; Haid. Glanzmanganerz; Br. Braunmanganerz; Weiss. Manganoxydhydrat. Manganèse oxydé; H. Acerdèse ex parte; Beud. Grey oxyde of Manganese; Phill.

Var. 1. M. s. lamelloso-radiatus. (*Blättrig-strahliger eis. M.*)

Var. 2. M. s. granulosus. (*Körniger eis. M.*)

Var. 3. M. s. solidus. (*Dichter eis. M.*)

Var. 4. M. s. pulvereus. (*Erdiger eis. M.*)

Appendix. 1. Varvicites (*Varvicit; Phillips*) Manganites chemice commutatus esse dicitur, aquae immixtae minori copia, denique in Pyrolusiten transiens. (Poggend. Ann., Vol. LXI. p. 188 sq.)

2. Nomen Lampadites (Lampadite) Dufrénoy novissime aeri manganifero jam dudum noto Schlackenwaldensi imposuit, quod auctore Lampadio 82 cent. oxydi mangani, 13,5 oxydi cupri et 2 t. siliceae continet. (Dufrénoy, Traité de Min. T. III. 1847. p. 767.)

C. METALLOLITHI IRITOIDEI.

Iritoidische Metallolithe.

(*Iritoide.*)

(Pond. sp. = 5,5 [?] — 6,5.)

15. Irites. (Irit.)

Digitized by Google

Spec. 1. **Irites graphitoides.**

Graphitoidischer Irit.

Irit; R. Hermann.

Ex tenuissimis lamellulis splendidis Graphitae similibus constans, pond. sp. = 6,5; Hermanno auctore compositus ex 62,86 cent. sesquioxyduli, quod vocant, iridii, 10,3 oxyduli osmii, 12,5 oxyduli ferri et 13,7 oxydi chromii. Uralensis. (Erdm. Journ.; Vol. XXIII. 1841. p. 276 sq.)

16. Tenorites.*) (Tenorit.)

Spec. 1. **Tenorites vesuvianus.**

Vesuvischer Tenorit.

Natürliches Kupferoxyd; Wiser. Tenorit; Semmola.

Sub forma tenuissimarum lamellularum sive squamularum crystallinarum et prismatum criniformium inter se junctorum in lavis Vesuvii repertus, colore nigro qualis est ferri, fusce transparens, splendore metallico, cuprum oxydatum (praecipue?) continens. (Leonh. Jahrb. f. Min. etc. 1839. p. 423 sq. Bullétin de la soc. géol. de France, T. XIII. 1842. p. 206.)

II. METALLOLITHI AMETALLOIDEI.

(Metallolithe von unmetallischem Ansehen.)

A. METALLOLITHI HYDROSIDERI.

Hydrosiderische Metallolithe.

(*Hydrosiderolithe.*)

AA. METALLOLITHI HYDROSIDERI MINUS LEVES.

(Pond. sp. = 3 — 4, Hydrosideritae nob. radiati 4,1.)

17. Hydrosiderites. (Hydrosiderit s. Brauneisenstein.)

Spec. 1. **Hydrosiderites nobilis.**

Edler Brauneisenstein. $\dddot{F}e\dot{H}$.

Prismatoidisches Habronemerz; M. Pyrrhosiderit ex parte; Hausm. Göthite; Beud.

---

*) Nomen *Tenorites* huic mineralium generi a *Semmola* impositum est in memoriam praeceptoris sui *Tenore*, qui eum in re botanica edocuit. Licet haec, ut omnes intelligunt, nominis generis novi mineralium formandi causa esse non potest, tamen nomen propositum retinendum esse censeo in memoriam viri de scientia naturali omnino bene meriti.

Digitized by Google

Var. 1. **H. n. radiatus.** (*Strahliger edler Br.*)
Nadeleisenerz; Br.

a. H. n. crystallomorphus. (*Crystallisirter str. e. Br.*)
Belonoides et trichoides.

b. H. n. r. atypotus. (*Derber str. e. Br.*)

Var. 2. **H. n. pyrophanes.** (*Pyrophaner edler Br.*)
Schuppig-blättriger Brauneisenstein. Pyrrhosiderit; Ullmann. Rubinglimmer. Göthit.

Spec. 2. ***Hydrosiderites lepidocrocus.**
Lepidokrokiner Brauneisenstein. $\dddot{F}e\dot{H}$. (?)
Schuppig-fasriger Brauneisenstein. Lepidokrokit; Ullman. Weichbrauneisenerz; Br.

Species dubia, inter Hydrosideriten nobilem et H. vulgarem quasi intermedia.

Spec. 3. **Hydrosiderites vulgaris.**
Gemeiner Brauneisenstein. $\dddot{F}e^2\dot{H}^3$. ex parte.
Brauneisenstein; W. Prismatisches Habronemerz; M. Brauneisenerz; Br. Brauneisenstein et Gelbeisenstein; Hausm. Eisenoxydhydrat. Fer oxydé hydraté; H. Limonite ex parte; Beud. Brown Haematite; Phill. Brown Iron Ore.

An formula modo dicta omnibus hujus speciei varietatibus attribuenda sit, analysibus nondum demonstratum est. Nonnullae varietates colore ochreo insignes (*Gelbeisenstein; Hausm.*) majori aquae copia a ceteris differunt. ($\dddot{F}e\dot{H}^2$?) Aliae exiguam copiam (0,4—5,0) calcariae cum acido carbonis continent. (*Kalkiger Brauneisenstein; Hausm.*)

Var. 1. **H. v. fibrosus.** (*Faseriger gem. Br.*)
Brauner u. gelber Glaskopf.

Var. 2. **H. v. solidus.** (*Dichter gem. Br.*)
Dichter Brauneisenstein; W. Muschliger Gelbeisenstein; Hausm.

Appendix. Eisenlebererz; Ullmann. Hydrosideritae v. solidi varietas jaspoides.

Var. 3. **H. v. ochreus.** (*Ochriger gem. Br.*)

a. H. v. ochr. fuscus. (*Brauner ochr. gem. Br.*)
Ochriger Brauneisenstein. Brauner Eisenocher.

b. H. v. ochr. flavus. (*Gelber ochr. gem. Br.*)
Ochriger Gelbeisenstein. Gelber Eisenocher. Kollerfarbe.

Appendix. 1. Hydrosiderites argillaceus. (*Thoniger Brauneisenstein. Brauner* et *gelber*, sive *braunstrichiger* et *gelbstrichiger Thonei-*

Digitized by Google

senstein.) Hydrosiderites vulgaris cum majori vel minori argillae copia intime mixtus.

a. H. arg. vulgaris. (*Gemeiner thoniger Br.*)

b. H. arg. tabulatus. (*Schaaliger th. Br.*) Concentrice - tabulatus. (*Eisenniere. Adlerstein. Aetit. Klapperstein. Geode.*)

c. H. arg. globulosus. (*Kleinkugliger th. Br.*)
Bohnerz.

d. H. arg. granulosus. (*Körniger th. Br.*)
Linsenerz ex parte.

2. Turgites. (*Turgit; R. Hermann.*) I. e. Hydrosiderites vulgaris solidus minori aquae, quam continet, copia (5,31), et cui aliqua pars Haematitae rubri et exigua pars (1,85) oxydi cupri cum oxydo plumbi admixta est, unde color fuscus in rubrum vergit. (Erdm. Journ., Vol. XXXIII. 1844. p. 96 sq.) Ad Chalcopissiten prope accedit.

3. Berthierinus.*) (Berthierine; Beud.) Minera granulosa nigricans Metensis, ex ferro oxydulato argillaceo constans et in Hydrosideriten argillaceum granulosum transiens. Comp. chem. auctore Berthiero: 74,7 c. oxyduli ferri, 12,4 t. siliceae, 7,8 t. argillaceae, 5,1 aquae.

Spec. 4. **Hydrosiderites piceus.**
Pechsteinartiger Brauneisenstein.
Eisenpecherz; W. Pecheisenstein. Pecheisenerz; Br. Stilpnosiderit; Ullmann. Schlackiger Brauneisenstein; Hausm. Glanzeisenstein. Untheilbares Habronemerz; M. Fer oxydé noir vitreux; H.

Appendix. 1. Chalcochlorus. (*Chalkochlor; Fiedler*). Minera picea formis pseudocrystallis pyritoedricis, ex Hydrosiderite im-

*) Nomine simili *Berthierites* jam antea aliud mineralium genus designatum esse constat; diversa autem mineralium genera nomine ejusdem soni et significationis nuncupari non possunt.

Digitized by Google

mixto cupro chlorico constans. Haud dubie ex Sideropyrite ortus.

2. Chalcopissites. (*Kupferpecherz. Pecherz. Pechkupfer; Hausm. Kupfereisenerz. Hepatinerz; Br.*) Ex Hydrosiderite vulgari et Chalcostactite vulgari mixtus esse putatur. Chalcopissites Turinskensis montium Uralensium auctore Fr. de Kobell his partibus continetur: 59,0 oxydi ferri, 13,0 oxydi cupri, 9,66 terrae argillaceae et 18,0 aquae. (Erdm. Journ., Vol. XXXIX. 1846. p. 208.)

3. Hydrochalcosiderites. (*Ziegelerz; W. Kupferbraun; Hausm.* Cuivre oxydulé terreux; H. Ziguéline ex parte; Beud. Ferrugineous red oxyde of Copper ex parte; Phill.) Ex Hydrosiderite vulgari et cuprite mixtus esse videtur. Varietas solida et ochrea. Hydrochalcosiderites solidus auctore Borntraegero compositus est ex 61,5 c. oxydi ferri, 21,71 oxyduli cupri, 12,58 aquae, 3,86 terrae siliceae, 0,21 t. argillaceae, 0,95 calcariae. (Hausm. Handb. d. Min., 2 Ausg.; Th. II. 1845. p. 371.)

18. *Limnites.*) (Limnit s. Wiesenerz.)

Spec. 1. Limnites vulgaris.

Gemeines Wiesenerz.

Raseneisenstein ex parte; W. Limonit; Hausm. Limonite ex parte; Beud. Bog Iron Ore; Phill. Bog Ore.

Limnites particulis argillaceis, ochreis, arenosis aliisque permixtus vulgo *Sumpferz* et *Morasterz* (*Seeerz*, *Lindstein*) nominatur.

Nomen *Quellerz* Hermannus ei varietati Limnitae imposuit, quae aliquam ferri oxydati cum acido

*) Nomen ex λίμνη, *palus* formatum, brevitatis causa pro nomine *Limnosiderites.* Nam gallico nomini Limonites nomen graecum omnino praeferendum esse puto.

Digitized by Google

oxycrenico (*Quellsäure*) conjuncti et magnam arenae copiam admixtam habet. Ejusmodi mineram ex provincia Nischney-Nowgorod compositam esse docuit ex 32,75 cent. oxydi ferri, 1,0 oxydi mangani, 3,5 acidi phosphorici, 2,5 acidi oxycrenici, 13,0 aquae et 47,5 arenae. (Erdm. Journ., Vol. XXVII. 1842. p. 53.)

BB. METALLOLITHI HYDROSIDERI LEVIORES, SIVE OPALOIDEI.
(Pond. sp. = 2,2 — 2,9; duorum generum 1,9.)

19. Thraulites. (Thraulit.)

Spec. 1. **Thraulites fragilis.**
Zerbrechlicher Thraulit.

Var. 1. Th. fr. suecicus. (*Schwedischer z. Thr.*)
Hisingerit ex parte.

Var. 2. Th. fr. bavaricus. (*Bayerischer z. Thr.*)
Thraulit; v. Kobell.

Var. 3. Th. fr. saxonicus. (*Sächsicher z. Thr.*)
Polyhydrit et polyhydrischer Thraulit; Br.

20. *Sordawalites. (Sordawalit.)

Spec. 1. **Sordawalites amphilogus.**
Amphiloger Sordawalit.
Sordawalit; Nordenskiöld.

21. Pitticites. (Pitticit s. Eisensinter.)

Spec. 1. **Pitticites vulgaris.**
Gemeiner Pitticit.

Eisensinter; W. Eisenpecherz; Karsten. Pitticit; Hausm Kolophoneisenerz; Br. Arseneisensinter; Naum. Untheilbarer Retinallophan; M. Fer oxydé résinite; H. Sidérétine; Beud. Pitchy Iron Ore; Phill. Iron Sinter; Dana.

Var. 1. P. v. fuscus. (*Brauner gem. Pitticit.*)

Var. 2. P. v. flavus. (*Gelber gem. Pitticit.*)
Comp. ch. Pitticitae v. flavi carinthici auctore R a m m e l s b e r g i o: 54,66 oxydi ferri, 24,67 acidi arsenici, 5,2 acidi sulphurici, 15,47 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LXII. 1844. p. 140 sq.)

Spec. 2. **Pitticites Nertschinskensis.**
Nertschinskischer Pitticit.
Arseniksinter; R. Hermann.

Auctore R. Hermanno compositus ex 36,41 cent. oxydi ferri, 48,05 acidi arsenici, 15,54 aquae. (Erdm. Journ., Vol. XXXIII. 1844. p. 95 sq.) $\dddot{\bar{F}e}\,\ddot{\ddot{As}}+4\dot{H}$. (Rammelsb. Repert., H. II. 1845. p. 47.)

22. Delvauxites. (Delvauxit.)

Spec. 1. **Delvauxites fragilis.**
Zerbrechlicher Delvauxit.
Phosphoreisensinter; Naumann.

Var. 1. D. fr. Dumonti. (*Dumontischer z. D.*)
Delvauxène; Dumont.

Comp. ch. Delvauxitae fr. Dumonti Berneauensis auctore Dumonto: 31,6 oxydi ferri, 14,3 acidi phosphorici, 40,4 aquae, 9,2 calcariae cum acido carbonis, 4,4 t. siliceae. (Poggend. Ann., Vol. XLVII. 1839. p. 496.)

Var. 2. D. fr. Breithauptii. (*Breithauptischer z. D.*)
Diadochit; Br.

Delvauxites fr. Breithauptii ex ducatu Saalfeld auctore Plattnero continet: 39,69 c. oxydi ferri, 14,81 acidi phosphorici, 15,14 acidi sulphurici, 30,35 aquae. (Rammelsb. Repert., H. I. 1843. p. 45.) $\dddot{\bar{F}e}\,\dddot{\bar{P}}^2+4\dddot{\bar{F}e}\,\dddot{S}+32\dot{H}$. (L. Gmelin.)

23. *Carphosiderites. (Karphosiderit.)

Spec. 1. **Carphosiderites Labradoricus.**
Labradorischer Karphosiderit.
Karphosiderit; Br.

24. Pissophanes. (Pissophan.)

Spec. 1. **Pissophanes polyhydrus.*)**
Polyhydrischer Pissophan.
Pissophan; Br.

Var. 1. P. p. fuscus. (*Brauner* s. *eisenreicher pol. P.*)
Majorem ferri sulphatici, multo minorem terrae argillaceae copiam continens.

Var. 2. P. p. viridis. (*Grüner* s. *thonreicher pol. P.*)
Minorem ferri sulphatici, majorem terrae argillaceae copiam continens.

Pis-

*) *Πολύυδρος*, multum aquae continens.

Digitized by Google

Pissophanem p. mechanice mixtam esse, ut chemicorum aliquis existimavit, neque demonstratum neque, si habitum respicis, verisimile est.

25. Xanthosiderites. (Xanthosiderit.)

Spec. 1. **Xanthosiderites epigenes.*)**

Epigenetischer Xanthosiderit.

Gelbeisenerz; Br. Misy et Atramentstein ex parte; Hausm.

$4\dddot{\overline{F}}e\dddot{S} + \dot{K}\dddot{S}$ vel $\dot{N}a\dddot{S} + 9\dot{\overline{H}}$. (Rammelsberg.)

Var. 1. X. ep. kalinus. (*Kalihaltiger ep. X.*)
Comp. ch. Xanthosideritae epig. kalini Kolosorucensis auctore Rammelsbergio: 46,73 c. oxydi ferri, 32,11 acidi sulphurici, 7,88 kalii, 0,64 calcariae, 15,56 aquae cum exigua ammonii particula. (Rammelsb. Handwörterb. d. ch. Th. d. Min. 1841. p. 203.)

Var. 2. X. ep. natricus. (*Natrumhaltiger ep. X.*)
Haec varietas Modumensis Norwegiae auctore Scheerero constat ex 49,37 c. oxydi ferri, 32,42 acidi sulphurici, 5,03 natri, 13,13 aquae. (Pogg. Ann., Vol. XLV. p. 180.)

Appendix. 1. Apatelites. (*Apatelit; Meillet.*) Xanthosideritae simillimus, chemica compositione diversus, scilicet Meilleto auctore compositus ex 53,3 c. oxydi ferri, 42,9 acidi sulphurici et 3,96 aquae. (Berzelius Jahresber. J. XXIV. 1845. p. 327.)

2. Materia ochrea Fahlunensis, a Berzelio nomine *Vitriolocher* nuncupata huc referenda esse videtur.

B. METALLOLITHI OCHROIDEI.

Ocherartige Metallolithe.

(*Ochritae. Ochrae. Ochroide. Ockergattungen.*)**)

AA. METALLOLITHI OCHROIDEI PONDEROSIORES.

(Pond. sp. = 3,8 — 4,3, unius 4,6.)

26. Hydruranites. (Hydruranit.)

*) Epitheton *epigenes* (ἐπιγενής) significat, Xanthosideriten non primigenium, sed serius ex alia quadam mineralium specie, v. c. ex soluto Sideropyrite vel Marcasita ortum esse.

**) Plura Ochritarum genera aut male explorata nec omnibus notis cognita, aut omnino dubia sunt.

Digitized by Google

Spec. 1. **Hydruranites solidus.**

Fester Hydruranit s. *Uransinter.*

Fester Uranocher ex parte; W. Gummierz; Br. Pechuran; Kersten.

Spec. 2. **Hydruranites ochreus.**

Erdiger Hydruranit s. *Uranocher.*

Zerreiblicher Uranocher; W. Urane oxydé terreux; H.

27. Scheeliochrites. (Scheelocher.)

Spec. 1. **Scheeliochrites americanus.**

Amerikanischer Scheelocher.

Wolframocher. Wolframsäure; Berzelius. Scheelsäure.

28. Stibiochrites. (Antimonocher.)

Spec. 1. **Stibiochrites parasitus.***)

Parasitischer Antimonocher.

Spiessglanzocher; Hausm. Spiessglasocher; W. Gelbantimonerz; Br. Antimoine oxydé terreux; H. Stibiconise; Beud. Antimonial Ochre; Phill.

29. Bismuthoochrites. (Wismuthocher.)

Spec. 1. **Bismuthoochrites leucoconius.****)

Weissstrichiger Wismuthocher.

Wismuthocher; W. Wismuthblüthe. Wismuthoxyd. Bismuth oxydé; H. Oxyde of Bismuth; Phill.

30. Molybdochrites. (Molybdänocher.)

Spec. 1. **Molybdochrites kaloxanthus.**

Hochgelber Molybdänocher.

Wasserbleiocher; Karsten. Molybdänocher; Hausm. Molybdänsäure. Molybdène oxydé. Acide molybdique; Beud. Oxyde of Molybdena; Phill. Molybdic ochre; Shepard.

31. Minium. (Mennig.)

Spec. 1. **Minium xanthoconium.**

Gelbstrichiger Mennig.

Natürliche Mennige. Bleiocher. Plomb oxydé rouge; H. Native Minium; Smithson. *Μίλτος*, miltos ex parte. *Μίλτινον*; Plutarch. Minium ex parte; Plin. Sandyx; Plin. (Minium et Cinnabaris a veteribus confusa fuisse videntur.)

32. *Hydrargyrites. (Hydrargyrit s. Quecksilberocher.)

Spec. 1. **Hydrargyrites chilensis.**

Chilenischer Hydrargyrit.

Antimonigsaures Quecksilberoxyd; Domeyko. Mercurocher.

---

*) Sic dictus, quia ex aliis mineralibus quasi enascitur.

**) Propter pulverem albidum sic dictus, qui contrito Bismuthoochrite efficitur.

Digitized by Google

Pulvereus, colore minio; auctore **Domeyko** ex oxydo hydrargyri et acido antimonioso (acide antimonieux) compositus, sed cum magna terrae siliceae, oxydi ferri et aquae copia mixtus. (Annales des mines; 4 Sér.; Tom. VI. 1844. p. 183.)

Appendix ad hanc tribum. ***Ceriochrites.** (*Ceriumocher. Cererocher; Jackson.*) Ex oxydo cerii, oxydo lanthani, terra yttria et aqua compositus esse dicitur.

BB. METALLOLITHI OCHROIDEI LEVIORES.

(Pond. sp. = 2,2 — 2,9.)

33. *Chromiochrites. (Chromocher.)

Spec. 1. Chromiochrites Shetlandicus.

Shetlandischer Chromocher.

Grünes Chromoxyd; Macculloch. Chromocher; Hausm. Anagenit. Chrome oxydé natif; Leschevin. Oxyde chromique; Beud. Oxyde of Chrome; Phill.

Appendix. Substantia viridis chromifera Halensis pro Chromiochrite habita et lapis nomine *Chromstein* notus Creuzotensis, praecipue ex terra silicea et argillacea constantes, chromii oxydati non magnam copiam immixtam habent. (Erdm. Journ., Vol. XXXIV. 1845. p. 202 sq.)

34. *Cobaltoochrites. (Kobaltocher.)

Spec. 1. Cobaltoochrites amphilogus.

Amphiloger Kobaltocher.

Var. 1. C. a. levis. (*Leichter amph. Kobaltocher.*)
Gelber et brauner Erdkobalt; W. Lederkobalt.
(Pond. sp. = 2,2.)

Var. 2. C. a. ponderosior. (*Schwererer amph. Kobaltocher.*)
Ganomatit; Br. Gänsekötbigerz. Chenocopsolite (!!); Dufrénoy.
(Pond. sp. = 2,9.)

Utraque varietas, non satis cognita, ex oxydis cobalti et ferri et ex calcaria cum acido arsenico, aqua aliisque materiis mixta esse videtur. (Poggend. Ann., Vol. LIV. 1841. p. 553 sq.)

Digitized by Google

35. *Umber. (Umber.)

Spec. 1. Umber cyprius.

Cyprischer Umber.

Umbra; Hausm. Türkische Umbra. Terre d'ombre; H.

C. METALLOLITHI CUPHOMANGANI.

Kuphomanganische Metallolithe.

(*Leichte manganische Metallolithe. Leichtmanganerze. Kuphomanganite.*)

(Pond. sp. = 2,2 — 3,6.)

36. *Kaliphites. (Kaliphit.)

Spec. 1. Kaliphites hungaricus.

Ungarischer Kaliphit.

Kaliphit; Iwanoff.

Cryptocrystallus, pond. sp. 2,8, colore fusco; auctore Iwanoffo compositus ex 28,8 oxydi ferri, 28,13 hyperoxydi mangani, 6,3 oxydi zinci, 12,1 terrae siliceae, 2,55 calcariae, 1,2 acidi titanici, 0,7 magnesiae, 0,6 terrae argillaceae, 19,0 aquae. (Ann. des mines, Sér. 4. Vol. V. 1844. p. 612 sq.)

37. *Manganopion.*) (Manganschaum.)

Spec. 1. Manganopion pingue.

Fettiger Manganschaum.

Brauneisenrahm; W. Braunsteinschaum. Wad ex parte. Rahmerz. Schaumerz. Schaumartiger Wadgraphit; M. Mangangraphit; Br. Manganèse oxydé hydraté métalloide argentin; H. Fleur de manganèse. Acerdèse ex parte; Beudant. Black Wad.

Manganopion pingue reniforme levissimum, prope Rübeland repertum, auctore Rammelsbergio compositum est ex 67,5 cent. oxyduli mangani, 13,48 oxygenii, 4,22 calcariae, 3,66 kalii, 0,36 t. baryticae, 10,3 aquae, quibus mechanice admixtae sunt 1,0 cent. oxydi ferri et 0,47 siliceae. (Poggend. Ann., Vol. LXII. 1844. p. 157.) Manganopion p. Ilmenoviense auctore Scheffler o continet: 66,5 oxyduli mangani, 12,1 oxygenii, 8,1 baryae, 9,8 aquae, 1,0 oxydi ferri et 2,5 siliceae. (Archiv d. Pharm., Vol. XXXV. 1843. p. 260.)

---

*) Hoc nomen — compositum ex μάγγονον et πῖον, pinguedo, cremor, — utrumque significat, generis supra dicti speciem unicam et tactu pinguem esse et perlevem.

Groroilithus (*Groroilith; Berthier*) haud dubie ad Manganopion pingue pertinet.

Appendix. Diversi generis est substantia pulverea manganica fusca non pinguis (*Manganocher*), cujus natura chemica non explorata est et cui nonnulli idem nomen, quod est speciei supra dictae, imposuisse videntur.

38. Asbolanus. (Asbolan s. Kobaltmanganerz.)

Spec. 1. **Asbolanus lentus.***)

Milder Asbolan.

Schwarzer Erdkobalt; W. Kobaltschwärze; Hausm. Kobaltmanganerz, Asbolan et Maurites Asbolanus; Br. Schwarzkobalterz. Untheilbarer Psilomelangraphit; M. Cobalt oxydé noir; H. Peroxyde de cobalt; Beud. Black Cobalt Ochre; Jam. Earthy Cobalt; Phill.

Var. 1. A. l. solidus. (*Dichter m. Asbolan.*)

Kakochlor; Br. Schlackenkobalt.

Var. 2. A. l. friabilis. (*Zerreiblicher m. Asbolan.*)

Russkobalt. Kobaltmulm.

39. *Chalcomelanon. (Chalkomelan.)

Spec. 1. **Chalcomelanon amphilogum.****)

Amphiloger Chalkomelan.

Kupferschwärze; W. Kupfermanganschwärze ex parte; Hausm. Cuivre oxydé noir. Melaconise; Beud. Black Copper; Phill.

40. Chalcomanganon. (Chalkomangan s. Kupfermanganerz.)

Kupfermangan; W. Kupfermanganerz; Br. Kupfermanganschwärze ex parte; Hausm. Untheilbarer Brithynallophan; M. Manganèse hydraté cuprifère; Necker. Cupreous Manganese; Phill.

Spec. 1. **Chalcomanganon bohemicum.**

Böhmischer Chalkomangan.

Pulvere nigro.

Spec. 2. **Chalcomanganon thuringicum.**

Thüringischer Chalkomangan.

Pulvere fusco; compositione chemica, si quantitatem partium respicis, admodum diversum a specie priori; nam Ch. th. Kamsdorfense auctore Bött-

---

*) Sic cognominatus, quia haec species magna lentitia insignis est.

**) Chalcomelanon appellatur *amphilogum* (i. e. speciei dubiae), quia neque essentialis chemica ejus compositio, neque utrum simplex substantia an mechanice mixta sit, compertum habemus.

Digitized by Google

gero compositum est ex 53,21 cent. oxyduli mangani, 16,85 oxydi cupri, 1,87 oxydi ferri, 2,85 calcariae, 1,69 t. baryticae, 0,14 oxydi cobalti et nicoli, 0,64 kalii, 16,94 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LIV. 1841. p. 546 sq.)

Appendix. Peloconites. (*Pelokonit; Richter*) Chalcomangano proximus, sed non satis cognitus.

Appendix ad tribum Metallolithorum cuphomanganorum.

1. *Nicolomelanon. (*Nickelschwärze; Hausm.*)
2. *Arsenomelanon. (*Arsenikschwärze; Paulus.*)

} Dubiae ac neque physicis neque chemicis notis satis exploratae minerae.

3. *Mysorinus. (*Mysorine; Beud.*) Ex oxydo cupri, acido carbonico et terra silicea non chemice junctis constare fertur.
4. *Condurrites. (*Condurrit; Phill.*) Auctore Francisco de Kobell mechanice mixtus ex 79,0 cent. oxyduli cupri, 3,47 oxydi ferri, 8,03 acidi arsenicosi et 9,5 aquae. (Erdm. Journ., Vol. XXXIX. 1846. p. 206.)

D. METALLOLITHI CASSITERITOIDEI.*)

Zinnsteinartige Metallolithe.

(*Cassiteritolithe. Cassiteritoide.*)

(Pond. sp. = 5,4 — 8,0.)

41. Wolframites. (Wolfram.)

Spec. 1. Wolframites eutomus.

Eutomer Wolfram.

Wolfram; W. Prismatisches Scheelerz; M. Wolframit; Br. Scheeleisenerz; Graf Schaffgotsch. Schéelin ferruginé; H. Tungstate of Iron; Phill.

Var. 1. W. eut. oligomanganus. (*Manganarmer eut. W.*) Pond. sp. = 7,4 — 7,5. comp. ch. Wolframitae eutomi oligomangani Limogensis auctore Ebelmeno: 76,2 cent. acidi scheelii, 19,19 oxyduli ferri, 4,48 oxyduli mangani, 0,8 magnesiae. $3\dot{Fe}\dddot{W} + \dot{Mn}\dddot{W}$. (Ann. de Chim. et de Phys., Sér. 3. T. VIII. 1843. p. 505.)

---

*) Hac tribu nova Metallolithorum series incipit, quae tribui antecedenti non proxima est.

Var. 2. W. eut. polymanganus. (*Manganreicher eut. W.*) Pond. sp. = 7,19; comp. ch. Wolframitae eut. polymangani Zinnwaldensis auctore Ebelmeno: 75,99 c. acidi scheelii, 9,62 oxyduli ferri, 13,96 oxyduli mangani, 0,48 calcariae. $2\dot{Fe}\dddot{W} + 3\dot{Mn}\dddot{W}$. (Loc. cit.)

Annotatio. De metalli scheelii, quod Wolframites continet, oxydationis gradu novissime diversae sunt comitis de Schaffgotsch, Ebelmeni, Wöhleri, Marguerittei et Rammelsbergii sententiae. (Ann. de Chim. et de Ph. loc. cit. Erdm. Journ., Vol. XXX. 1843. p. 403 sqq. Rammelsb. Repert., H. II. 1845. p. 175.) Ebelmeno et Rammelsbergio acidum scheelii ($\dddot{W}$), non oxydum scheelii ($\ddot{W}$) in Wolframite contineri videtur.

42. Tantalites. (Tantalit.)

Spec. 1. Tantalites cryptotomus.

Kryptotomer Tantalit.

Tantalit; Eckeberg. Schwertantalerz; Br. Prismatisches Tantalerz; M. Tantale oxydé ferro-manganésifère ex parte; H.

Var. 1. T. cr. cassiterophorus. (*Zinnhaltiger kr. T.*)
Finbotantalit, Broddbotantalit. Kassiterotantal; Hausm.

Pond. sp. = 6,2 — 6,5; auctore Berzelio 6 — 10 cent. oxyduli ferri et 8 — 16,7 oxydi stanni continens.

Var. 2. T. cr. polysiderus. (*Eisenreicher kr. T.*)
Kimitotantalit et Tamelatantalit. Siderotantal; Hausm. Ferro-Tantalite; Thomson.

Pond. sp. = 7,1 — 7,5; auctoribus Nordenskiöldo, Berzelio, Brooksio 10 — 14,6 (una varietas 7,2) c. oxyduli ferri et 0 — 0,8 oxyduli stanni continens. Tantalites cr. polysid. Tamelensis Jacobsone auctore compositus est ex 84,15 c. acidi tantali, 14,68 oxyduli ferri, 0,9 oxyduli mangani, 0,32 oxydi stanni, 1,81 oxydi cupri, 0,07 calcariae. (Poggend. Ann., Vol. LXIII. 1844. p. 331.)

43. Columbites. (Columbit.)

Spec. 1. Columbites eutomus.

Eutomer Columbit.

Tantalit ex parte. Columbit; G. Rose. Columbeisen. Hemiprismatisches Tantalerz; M. Niobit; Haid. Tantale oxydé ferro-manganésifère ex parte; H. Baierine; Beud. Torrelite; Thoms. (= Columbites eut. Middletownensis.)

Var. 1. C. eut. melanoconius. (*Schwarzstrichiger eut. C.*) Comp. ch. Columbitae eut. melanoconii Bodenmaisensis (pond. sp. 6,39) auctore Henrico Rose: 81,07 c. acidi pro acido tantali habiti, 14,3 oxyduli ferri, 3,85 oxyduli mangani, 0,45 oxydi stanni, 0,13 oxydi cupri. (Poggend. Ann., Vol. LXIII. 1844. p. 327.)

Var. 2. C. eut. orphnioconius.*) (*Braunstrichiger eut. C.*) Comp. ch. Columbitae eut. orphnioconii Bodenmaisensis (pond. sp. 5,7) auctore H. Rose: 79,68 c. acidorum niobii et pelopii, quae, antea pro acido tantali habita, novissime ab Henrico Rose reperta sunt, cum exigua acidi tantali copia, 15,1 oxyduli ferri, 4,65 oxyduli mangani, 0,12 oxydi stanni, 0,12 oxydi cupri. (Loc. cit. p. 328. Vol. LXVIII. 1846. p. 115 sq.) Comp. ch. Columbitae eut. orphn. Connecticutensis (pond. sp. 5,32) auctore Grewinko: 80,06 acidi niobii cum minori copia acidi pelopii ac perexigua copia acidi tantali, 12,59 oxyduli ferri, 5,97 oxyduli mangani, 0,96 oxydi stanni, 0,44 oxydi cupri cum oxydo plumbi. (Loc. cit. Vol. LXX. 1847. p. 572.)

Auctore R. Hermanno in Columbite eut. Ilmenico 80,47 cent. acidi cujusdam, quod acido tantali simile est, cum exigua acidi niobii et ilmenii copia, 8,5 oxyduli ferri, 6,09 oxyduli mangani, 2,4 magnesiae, 2,0 yttriae et 0,5 oxyduli uranii continentur. (Erdm. Journ., Vol. XXXVIII. 1846. p. 121 sq. Poggend. Ann., Vol. LXXI. 1847. p. 168.) Auctore Henrico Rose vero Columbites eut. Ilmenicus fere merum niobii acidum nec nisi perexiguam acidi pelopii particulam continet, (Pog-

*) H. e. pulvere fusco.

Digitized by Google

gend. Ann., Vol. cit. p. 169.) et auctore Bromeisio partes chem. hujus Columbitae hae sunt: 78,599 c. acidi niobii cum vestigio acidi pelopii, 12,761 oxyduli ferri, 4,483 oxyduli mangani et yttriae, 3,011 magnesiae, 0,753 calcariae, 0,564 oxydi uranii, 0,004 oxydi cupri. (Loc. cit. p. 168.)

Appendix. Aes tantaliferum a Breithauptio *Harttantalerz* nominatum (*Ildefonsit; Haid.*) generi Columbitae fortasse adnumerandum est.

44. Fergusonites. (Fergusonit.)

Spec. 1. Fergusonites grönlandicus.

Grönländischer Fergusonit.

Fergusonit; Haid. Synaphinerz; Br. Pyramidales Melanerz; M.

45. Yttrotantalites. (Yttrotantalit.)

Spec. 1. Yttrotantalites cryptocrystallus.

Kryptocrystallinischer Yttrotantalit.

Yttertantal; Eckeberg. Tantale oxydé yttrifère; H. Yttrotantalite; Phill. Yttrocolumbite; Dana.

Var. 1. Yttr. cr. nigricans. (*Graulichschwarzer kr. Y.*)

Var. 2. Yttr. cr. piceus. (*Pechschwarzer kr. Y.*)

Var. 3. Yttr. cr. flavido-fuscus. (*Gelblichbrauner kr. Y.*)

Appendix. Euxenites. (*Euxenit; Th. Scheerer.*) Non satis cognitus; compositione chemica Yttrotantalitae similis, sed minori pondere spec. aliisque notis ab eo diversus. (Poggend. Ann., Vol. L. 1840. p. 149 sq.)

46. Samarskites. (Samarskit.) *)

Spec. 1. Samarskites Ilmenicus.

Ilmenischer Samarskit.

Samarskit; H. Rose. Uranotantal; G. Rose.

Haec species, sub nomine Uranotantali a Gustavo Rose primum descripta (Poggend. Ann., Vol. XLVIII. 1839. p. 555 sq.), auctore de Peretz composita est ex 56,0 cent. acidi niobii cum acido scheelii, 15,9 oxyduli ferri, 16,7 oxydi uranii, 11,04 terrae yttriae, 1,02 calcariae, 0,75 magne-

*) Nomen in honorem praefecti *de Samarski*, viri de re metallica Sibiriae optime meriti ab Henrico Rose huic metallolithorum generi impositum.

Digitized by Google

siae. (Loc. cit. Vol. LXXI. 1847. p. 162.) Auctore Henrico Rose in hac specie Ilmenica magna acidi scheelii copia cum acido niobii conjuncta est.

Appendix. Yttroilmenites. (*Yttroilmenit; R. Hermann.* Auctore Hermanno primum pro Yttrotitanite, deinde pro Uranotantalo Rosii habitus.) Crystallorum formis rhombicis Columbitae eutomo similibus, pondere spec. =5,4; auctore R. Hermanno compositus ex 57,8 c. acidi ilmenii, metalli, quod novum metallorum genus esse putat, 18,3 t. yttriae, 13,61 oxyduli ferri, 2,27 oxyduli cerii et lanthani, 1,869 oxyduli uranii, 0,31 oxyduli mangani, 0,5 calcariae. (Erdm. Journ., Vol. XXXVIII. 1846. p. 119 sqq. Vol. XL. 1847. p. 474.) Auctoribus Gustavo et Henrico Rose Yttroilmenites a Samarskite non diversus et acida duo inter se conjuncta, acidum niobii et scheelii, quae in Samarskite continentur, ab Hermanno pro oxydo novi metallorum generis sive pro acido ilmenii habita sunt, cujus erroris causas Henricus Rose exposuit. (Poggend. Ann., Vol. LXXI. p. 164.) Hermannus autem Yttroilmeniten suum a Samarskite differre contendit. (Erdm. Journ., Vol. XL. 1847. p. 475.)

47. Uranopissites. (Uranopissit s. Uranpecherz.)

Spec. 1. Uranopissites solidus.

Dichtes Uranpecherz.

Pecherz; W. Uranpecherz. Pechuran; Hausm. Pechblende. Schwarzuranerz. Untheilbares Uranerz; M. Uranin; Haid. Urane oxydulé; H. Pitchblende; Phill.

Wöhlerus in Uranopissite solido aliquas vanadii particulas immixtas deprehendit. (Poggend. Ann., Vol. LIV. 1841. p. 600.)

Appendix. 1. Aeris, cui Breithauptius nomen *Schweruranerz* imposuit, admodum imperfecta est cognitio.

Digitized by Google

2. *Pittinerz; Br.* Aes olim Uranopissitae adnumeratum, nonnullis notis distinctum, sed parum exploratum.

3. Coracites. (Coracite; L. Le Conte.) Uranopissitae similis, atypotus, solidus, pond. spec. = 4,37, pulvere ravo, oxydulum uranii, terram argillaceam et thorinam continens. In vena Syenitae (?) prope lacum superiorem Americae septentrionalis nuper repertus. (Silliman americ. Journ., 2 Ser., Vol. III. 1847. p. 173 sq.)

48. Cassiterites. (Zinnstein s. Kassiterit.)

Spec. 1. Cassiterites dystomus.

Dystomer Zinnstein.

Zinnerz. Pyramidales Zinnerz. Zinngraupen. Zinnzwitter. Etain oxydé; H. Cassitérite; Beud. Oxyde of Tin; Phill. *Κασσίτερος.* Plumbum candidum; Plin.

Subsp. 1. Cassiterites d. vulgaris. (*Gemeiner dyst. Zinnstein.*)
Zinnstein; W.

Var. 1. C. d. v. piceus. (*Schwarzer g. d. Z.*)

Var. 2. C. d. v. fuscus. (*Brauner g. d. Z.*)

Var. 3. C. d. v. flavidus. (*Gelber g. d. Z.*)

Var. 4. C. d. v. ravidus. (*Grauer g. d. Z.*)

Var. 5. C. d. v. albidus. (*Weisslicher g. d. Z.*)

Subsp. 2. Cassiterites d. fibrosus. (*Faseriger dyst. Zinnstein.*)
Cornisches Zinnerz; W. Faseriger Zinnstein. Faserzinnerz. Eisenzinnerz. Holzzinn.

49. Eulytinus. (Eulytin s. Kieselwismuth.)

Spec. 1. Eulytinus saxonicus.

Sächsischer Eulytin.

Wismuthblende, Blendeerz, Eulytin; Br. Kieselwismutherz. Arsenikwismuth; W.

Appendix. *Atelestites; Br. Species dubia bismuthifera.

Appendix ad tribum Cassiteritoideorum.

Dubia genera plumbifera, dubie hoc loco collocata.

Digitized by Google

50. *Plattnerites. (Plattnerit.)

Spec. 1. Plattnerites cryptotomus.

Kryptotomer Plattnerit.

Schwerbleierz; Br. Plattnerit; Haid. Braunbleioxyd; Hausm.

Hyperoxydum plumbi esse fertur.

51. *Massicotites. (Massikotit s. Bleiglätte.)

Spec. 1. Massicotites flavus.

Gelbe Bleiglätte.

Bleiglätte. Glätte. Bleigelb. Massicot. Molybditis; Plin.

E. METALLOLITHI RUTILITOIDEI.

Rutilartige Metallolithe.

(*Rutilitoide.*)

(Pond. sp. = 4,0 — 6,0, unius 3,8 — 3,9.)

52. Cerites. (Cerit.)

Spec. 1. Cerites suecicus.

Schwedischer Cerit.

Cerit; Hisinger. Cererit; Klapr. Cerinstein; W. Kieselcerit. Untheilbares Cererz; M. Cérium oxydé siliceux rouge; H.

Comp. ch. auctore R. Hermanno: cent. 26,55 oxyduli cerii, 33,38 oxydi lanthani, 16,06 terrae siliceae, 3,56 calcariae, 3,53 oxydi ferri, 1,68 t. argillaceae, 0,27 oxydi mangani, 9,1 aquae et 4,62 acidi carbonis. (Erdm. Journ., Vol. XXX. 1843. p. 193 sq.) Oxydum lanthani in Cerite suecico ab Hermanno detectum est.

53. Zincites. (Rothzinkerz s. Zinkit.)

Spec. 1. Zincites americanus.

Amerikanisches Rothzinkerz.

Prismatisches, deinde rhomboedrisches Zinkerz; M. Rothzinkerz; Br. Zinkoxyd; Hausm. Zinkit; Haid. Zinc oxydé ferrifère brun-rougeâtre; H. Oxyde rouge de Zinc; Beud. Red Oxyde of Zinc; Bruce.

Comp. ch. Zincitae americani Sterlingensis auctore Whitneyo: 96,19 c. oxydi zinci, 3,7 oxydi mangani. (Poggend. Ann., Vol. LXXI. 1847. p. 172.)

54. Cuprites. (Rothkupfererz s. Kuprit.)

Spec. 1. Cuprites barytimus.*)

Barytimes Rothkupfererz.

---

*) Sic dictus, quia permagnam (88,9 cent.) cupri copiam continet ideoque *magni pretii* est. *Βαρύτιμος* significat *pretiosus*, quasi gravis pretio.

Digitized by Google

Rothkupfererz; W. Oktaedrisches Kupfererz; M. Kupferroth; Hausm. Rothkupferglas. Kupferlebererz. Kuprit; Haid. Cuivre oxydulé; H. Red Oxyde of Copper; Phill.

Var. 1. C. b. lamellosus. (*Blättriges b. R.*)

Var. 2. C. b. solidus. (*Dichtes b. R.*)

Appendix. Cuprites bar. terreus (*erdiges Rothkupfererz*) ex Cuprite barytimo et ex Haematite rubro ochraceo mixtus esse videtur.

55. *Chalcotrichites. (Chalkotrichit.)

Spec. 1. Chalcotrichites carmineus.

Karminrother Chalkotrichit.

Haarförmiges Rothkupfererz; W. Kupferblüthe. Cuivre oxydulé capillaire; H.

56. Rutilites. (Rutil.)

Spec. 1. Rutilites eutomus.

Eutomer Rutil.

Rutil et Nigrin; W. Peritomes Titanerz; M. Titanschörl. Eisentitan. Gallizinit. Sagenit. Crispit. Turrit. Titane oxydé; H.

Var. 1. R. eut. nobilis. (*Edler eut. Rutil.*)

Comp. ch. Rutilitae eut. nobilis St. Yrieuxensis auctore Damourio: 97,6 cent. acidi titanici, 1,55 oxydi ferri. (Ann. de Chim. et de Ph., 3 Sér., T. X. 1844. p. 414 sq.) Iteratis analysibus H. Rose docuit, Rutiliten eut. nobilem ex solo acido titanico constare nec nisi exiguam oxydi ferri copiam immixtam habere. (Poggend. Ann., Vol. LXI. 1844. p. 513.)

Var. 2. R. eut. piceus. (*Schwarzer eut. Rutil.*)
Nigrin; W. Eisenrutil.

57. Anatasius. (Anatas.)

Spec. 1. Anatasius microcrystallus.

Mikrocrystallischer Anatas.

Oktaedrit; de Saussure et W. Oisanit; de la Methérie. Dauphinit. Pyramidales Titanerz; M. Titane anatase; H.

Var. 1. A. m. caeruleus. (*Blauer m. A.*)

a. Unicolor.

b. Dichromaticus. (Brasiliensis.)

Var. 2. A. m. viridis. (*Grüner m. A.*)

Var. 3. A. m. flavus. (*Gelber m. A.*)

Digitized by Google

Var. 4. A. m. fuscus. (*Brauner m. A.*)
Var. 5. A. m. multicolor. (*Vielfarbiger m. A.*)

58. Brookites. (Brookit.)

Spec. 1. **Brookites placocrystallus.*)**
Plakocrystallischer (tafelförmiger) Brookit.
Jurinite; Soret. Brookite; Levy. Skapanin.

59. Pyrochlorus. (Pyrochlor.)

Spec. 1. **Pyrochlorus cryptotomus.**
Kryptotomer Pyrochlor.
Pyrochlor; Wöhler. Oktaedrisches Titanerz; Hald.

Pyrochlorus cr. Miascensis auctoribus Wöhlero et R. Hermanno compositus est 1) ex 62—67 cent. oxydi tantali cum parva copia oxydi titanici, conjunct. cum calcaria, thorina (auct. Wöhlero) vel zirconia (auct. Hermanno; Erdm. Journ., Vol. XXXI. 1844. p. 94 sq.), oxydo cerii aliisque; 2) ex natro cum fluore et 0,5—1,0 aquae. Auctore Wöhlero Pyrochlorus cr. Miascensis has partes continet: 67,37 c. acidi tantali cum paucis acidi titanici particulis, 13,15 thorinae et acidi cerii, 10,984 calcariae, 0,81 yttriae, 1,28 oxyduli ferri, 0,14 oxyduli mangani, 3,93 natri, 3,23 fluoris, 1,16 aquae. (Poggend. Ann., Vol. XLVII. 1839. p. 83 sq.) Thorinam in Pyrochloro Miascensi contineri, nova analysi facta Wöhlerus nuperrime contra R. Hermannum denuo asseruit. (Wöhl. u. Lieb. Ann. d. Chem., Vol. LXI. 1847. p. 264.) Pyrochlorus Brevigensis auctore Wöhlero praeter 67,0 cent. acidi tantali, 5,16 oxydi cerii et thorinae, 9,87 calcariae, 1,32 oxydi ferri, 1,0 oxyduli mangani et 1,68 fluoris, etiam 4—5 c. oxydi uranii et 7 aquae immixtas habet. (Loc. cit. p. 89 sq.) Hayesius in Pyrochloro cr. Fredrikswärnensi 53—59 cent. oxydi tantali, 18—20 oxydi titanici, 16—19 terrae calcariae cum exiguis particulis oxydi ferri, mangani, uranii, stanni

*) Πλακοκρύσταλλος (ex πλακόεις), forma crystallina tabulaeformi tenui. Crystalli enim Brookitae tabularum tenuium formam habent.

Digitized by Google

et plumbi contineri contendit. (Silliman americ. Journ., Vol. XLVI. 1844. p. 164.)

Appendix. 1. Microlithus (*Mikrolith; Shepard*), Chesterfieldensis, Pyrochloro proximus, auctore Hayesio ex 79,6 c. oxydi tantali, 10,8 calcariae, 2,2 oxydi uranii aliisque oxydis constat. (Sillim. am. Journ. l. c. p. 162.)

2. Nova mineralium species, auctore Teschemachero „Columbate of Lime" et Pyrochloro similis, crystallis minutissimis (octaedris systematis tetragonalis), colore albido, in saxo quodam vulcanio insulae azoricae St. Michaelis reperta est. (Sillim. am. Journ., 2 Ser., Vol. III. 1847. p. 32 sq.)

60. Aeschynites. (Aeschynit.)

Spec. 1. Aeschynites Miascensis.

Miaskischer Aeschynit.

Aeschynit; Berzelius. Dystomes Melanerz; M.

Auctore R. Hermanno Aeschynites Miascensis compositus est ex 35,05 cent. acidi niobii, 10,56 acidi titanici, 17,58 zirconiae, 4,62 yttriae, 15,59 oxyduli cerii, 11,13 oxydi lanthani, 4,32 oxyduli ferri et 1,66 aquae cum particula fluoris. (Erdm. Journ., Vol. XXXVIII. 1846. p. 118.)

61. Polycrasius. (Polykras.)

Spec. 1. Polycrasius suecicus.

Schwedischer Polykras.

Polykras; Th. Scheerer.

Prismate rhombico angul. 140^{0}, structura crystallina non conspicua, pond. spec. = 5,09—5,12; auctore Scheerero constans ex acido titanico, acido tantali, zirconia, yttria, oxydis ferri, uranii, cerii et exigua terrae argillaceae copia. (Keilhaui Gaea Norwegica, Fasc. II. 1844. p. 329 sq. Pogg. Ann., Vol. LX. 1844. p. 429.)

Digitized by Google

62. Mengites. (Mengit.)

Spec. 1. **Mengites Miascensis.**

Miaskischer Mengit.

Mengit; G. Rose. Ilmenite; Brooke.

Chemica hujus speciei natura nondum cognita est.

63. Polymignytes. (Polymignyt.)

Spec. 1. **Polymignytes ischnoprismaticus.*)**

Dünnprismatischer Polymignyt.

Polymignit; Berzelius. Prismatisches Melanerz; M.

64. Tscheffkinites. (Tscheffkinit.)

Spec. 1. **Tscheffkinites pyraphrodes.**)**

Pyraphrodischer Tscheffkinit.

Tscheffkinit; G. Rose.

Atypotus; pond. spec. = 4,5—4,6; piceus, pulvere fusco; auctore Henrico Rose compositus ex 47,29 cent. oxydorum cerii, lanthani et didymii, 20,17 acidi titanici, 21,04 terrae siliceae, 3,5 calcariae, 0,83 oxyduli mangani, 0,22 magnesiae, 0,12 kalii et natri. Inter mineralia Miascensia nuper detectus. (Poggend. Ann., Vol. LXII. 1844. p. 591 sq.)

65. Perowskites. (Perowskit.)

Spec. 1. **Perowskites leucoconius.**

Weissstrichiger Perowskit.

Perowskit; G. Rose.

Systemate cubico, pondere spec. = 4,0, colore nigro et fusco, pulvere albido. $\dot{C}a\,\ddot{T}i$. (Poggend. Ann., Vol. XLVIII. 1839. p. 558 sq.) Uralensis. Titanitae proximus. — Descloizeaux in uno crystallo Perowskitae leucoconii novem formas diversas systematis cubici combinatas deprehendit, 170 plana continentes. (Ann. de Chim. et de Ph., 3 Sér., T. XIII. 1845. p. 339 sqq.)

Var.

---

*) Ita cognominatus, quia crystalli Polymignytae longorum et gracilium prismatum formam habent. (Ἰσχνὸς = tenuis, gracilis.)

**) Tscheffkinites celerrime igne candescit et in massam spumosam sive bullantem commutatur, id quod cognomine pyraphrodes (ex vocabulis πῦρ, *ignis*, et ἀφρώδης, *spumosus*, composito) significatur.

Digitized by Google

Var. 1. P. l. niger. (*Schwarzer w. P.*)
Auctore Jacobsone compositus ex 58,96 cent. acidi titanici, 39,2 calcariae, 2,06 oxyduli ferri cum exigua particula oxyduli mangani. (Poggend. Ann., Vol. LXII. 1844. p. 597 sq.)

Var. 2. P. l. fuscus. (*Brauner w. P.*)
Auctore Brooksio continens: 59,0 c. acidi titanici, 36,76 calcariae, 4,79 oxyduli ferri cum exigua particula oxydi mangani, 0,11 magnesiae. (Loc. cit.)

Appendix ad tribum metallolithorum rutilitoideorum.

1. Warwickites. (*Warwickit; Shepard.*) Species obscura, auctore Shepardo ex titanio (64,7), ferro, fluore et yttria composita. (Poggend. Ann., Vol. LII. 1841. p. 242.)
2. Thorites. (*Thorit; Berz.*) Species dubia; ex thorina, terra silicea, calcaria, aqua etc. composita.

Ordo IX.

AMPHIBOLITAE.

Amphibolite.

(*Hornblendartige Mineralien.*)

I. AMPHIBOLITAE TITANITOIDEI.

Titanitartige Amphibolite.

(*Titanitoide. Sphenoide.*)

(Pond. sp. = 3,4 — 3,69.)

1. Titanites. (Titanit.)

Spec. 1. **Titanites polymorphus.*)**
Polymorpher Titanit.

---

*) Propter multiplices, quas offert, crystallorum formas sic dictus.

Braunmenakerz et Gelbmenakerz; W. Titanit et Sphen. Titanspath. Prismatisches Titanerz; M. Titane siliceo-calcaire; H. Sphène; Beud.

Var. 1. T. p. nobilis. (*Edler p. Titanit.*)

Sphen. Ligurit.

a. T. p. nob. viridis. (*Grüner e. p. T.*)

Comp. ch. Titanitae p. nobilis flavido-viridis ex valle Zillerthal auctore Henrico Rose: 38,9 cent. terrae siliceae, 40,0 acidi titanici, 19,62 calcariae. (Poggend. Ann., Vol. LXII. 1844. p. 257.)

b. T. p. nob. flavus. (*Gelber e. p. T.*)

c. T. p. nob. bicolor. (*Zweifarbiger e. p. T.*)

Var. 2. T. p. vulgaris. (*Gemeiner p. Titanit.*)

Braunmenakerz. Gelbmenakerz ex parte; W. Titanit.

Séméline; Fleuriau de Bellevue.

a. T. p. vulg. flavus. (*Gelber gem. p. T.*)

b. T. p. vulg. fuscus. (*Brauner gem. p. T.*)

Comp. ch. Titanitae p. vulgaris fusci Arendalensis auctore Rosales: 31,2 c. terrae siliceae, 40,92 acidi titanici, 22,25 calcariae, 5,63 oxydi ferri. (Loc. cit. p. 263.)

Pictites, Spinther (Turnerites) et Ledererites ad Titaniten p. vulgarem pertinere dicuntur.

Spec. 2. * **Titanites manganicus.**

Manganischer Titanit.

Greenoughit. Greenovite; Dufrénoy. Manganischer Titanit; Br.

Colore carneo vel roseo. (Poggend. Ann., Vol. LI. 1840. p. 290.) Auctore Delesseo compositus ex 30,4 c. terrae siliceae, 42,0 acidi titanici, 24,3 calcariae, 3,6 oxyduli mangani. (Ann. des mines, 4 Sér., T. VI. 1844. p. 325.) Marignac minorem oxyduli mangani copiam in eo deprehendit. (Ann. de Chim. et de Ph., 3 Sér., T. XIV. 1845. p. 49.)

2. Wöhlerites. (Wöhlerit.)

Spec. 1. **Wöhlerites norwegicus.**

Norwegischer Wöhlerit.

Wöhlerit; Th. Scheerer.

Duritie et pondere spec. Titaniten polymorphum aequans; auctore Th. Scheerero compositus ex

30,62 c. terrae siliceae, 26,19 calcariae, 15,17 zirconiae, 14,27 acidi tantali, 7,78 natri, 2,12 oxydi ferri, 1,55 oxyduli mangani, 0,4 magnesiae, 0,24 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LIX. 1843. p. 327 sq. Vol. LXI. 1844. p. 222.)

Var. 1. W. n. flavus. (*Gelber n. Wöhlerit.*)

Var. 2. W. n. fuscus. (*Brauner n. Wöhlerit.*)

3. *Yttrotitanites. (Yttrotitanit.)

Spec. 1. **Yttrotitanites Arendalensis.**

Arendalischer Yttrotitanit.

Yttrotitanit; Th. Scheerer. Keilhauit; Axel Erdmann.

Crystallinus, distincte lamellosus, atypotus; duritie inter Quarzi et Orthoclasii duritiem intermedia, pondere spec. = 3,69; auctore Th. Scheerero ex terra silicea, calcaria, yttria, acido titanico, oxydis ferri et mangani, terra argillacea et magnesia constans. (Poggend. Ann., Vol. LXIII. 1844. p. 459 sq.) Non satis exploratus.

4. *Oerstedtites. (Oerstedtit.)

Spec. 1. **Oerstedtites zirconioides.**

Zirkonartiger Oerstedtit.

Oerstedtit; Forchhammer.

Appendix. Mosandrites. (*Mosandrit; Axel Erdmann.*) Imperfecte cognitus; ex oxydo cerii et lanthani, acido titanico et terra silicea constare dicitur.

II. AMPHIBOLITAE ALLANITOIDEI.

Allanitartige Amphibolite.

(*Allanitoide.*)

(Pond. sp. = 3,3 — 4,2.)

5. Gadolinites. (Gadolinit.)

Spec. 1. **Gadolinites polioconius.***)

Graustrichiger Gadolinit.

*) Nomen ex πολιὸς, ravus, et κονία, pulvis, formatum, pulverem ravum significans, qui aut inciso aut contrito Gadolinite efficitur.

Digitized by Google

Gadolinit; W. Ytterbit. Ytterit. Ytterstein. Hemiprismatisches Melanerz; M. Gadolinite; H.

Var. 1. G. p. conchatus. (*Muschliger gr. Gadolinit.*)
Glasiger Gadolinit.

Var. 2. G. p. confragosus. (*Unebener* et *splittriger gr. Gadolinit.*)

Si chemicam Gadolinitae polioconii compositionem respicimus, duae ejus sunt auctore Th. Scheerero varietates, quarum altera 2—10 cent. terrae glycinae, altera, quae hac terra caret, 6,0—16,9 c. oxyduli cerii continet. Maxima glycinae copia est in Gadolinite pol. Hitteröensi, qui auctore Th. Scheerero compositus est ex 44,96 c. yttriae, 25,59 t. siliceae, 12,13 oxyduli ferri, 1,81 oxyduli cerii, 10,18 glycinae, 0,23 calcariae, 6,33 oxydi lanthani. (Poggend. Ann., Vol. LI. 1840. p. 474. Vol. LVI. 1842. p. 479 sq.) Num hae varietates chemicae varietatibus supradictis Gadolinitae p. conchati et confragosi respondeant, nondum constat.

6. Allanites. (Allanit.)

Spec. 1. Allanites Orthites.

Orthitischer Allanit.
Orthit; Berzelius.

Pond. sp. = 3,37—3,45; immixta yttria et aquae copia variante, = 2,5—8,7.

Appendix. 1. Quaecunque de Bodenite (*Bodenit; Br.*) allatae sunt notae cum Allanite Orthite congruunt. Praeter oxydulum cerii, oxydum lanthani, oxydum ferri, terram siliceam, argillaceam et calcariam, auctore Kersteno etiam yttriam et aquam continet. (Poggend. Ann., Vol. LXIII. 1844. p. 135 sqq.)

2. Orthiten Ytterbyensem, cui maxima (21—29 c.) yttriae et minima (4,5—5,0) oxyduli cerii copia immixta est, Orthiten cum Gadolinite commixtum Berzelius, pe-

Digitized by Google

culiarem autem speciem esse Th. Scheererus existimat. (Poggend. Ann., Vol. LI. p. 485.)

3. Pyrorthites Berzelio Orthites cum carbone et aquae majori copia commixtus esse videtur.

4. Auralites (*Auralit*), Aboensis, Allanitae Orthitae similis esse dicitur.

Spec. 2. **Allanites Ilmenicus.**

Ilmenischer Allanit.

Uralorthit; R. Hermann.

Pond. sp. = 3,4. Caret yttria, cujus loco 2 cent. magnesiae immixtae sunt. Auctore R. Hermanno continet: 35,49 cent. terrae siliceae, 18,21 t. argillaceae, 10,85 oxyduli cerii, 9,25 calcariae, 13,03 oxyduli ferri, 6,54 oxyduli lanthani, 2,37 oxydi mangani, 2,06 magnesiae, 2,0 aquae. (Erdm. Journ., Vol. XXIII. 1841. p. 273 sqq.)

Spec. 3. **Allanites vulgaris.**

Gemeiner Allanit.

Allanit; Thomson. Tetartoprismatisches Melanerz; M. Cérium oxydé siliceux noir; H.

Pond. sp. = 3,5 — 3,7. Caret yttria et aquae valde exiguam continet copiam aut nullam. Allanites vulg. Snarumensis auctore Th. Scheerero his partibus constat: 34,0 cent. t. siliceae, 16,4 t. argillaceae, 15,51 oxyduli ferri, 13,73 oxyduli cerii, 7,8 oxydi lanthani, 11,75 calcariae et 0,56 magnesiae. (Poggend. Ann., Vol. LI. 1840. p. 476.)

Appendix. Torrelites (*Torrelit; Renwick*) ad Allaniten vulgarem pertinere dicitur.

Spec. 4. **Allanites ponderosus.**

Schwerer Allanit.

Cerin; Berzelius. Schwarzcerinerz; Br. Prismatoidisches Melanerz; M.

Pond. sp. = 4,17 — 4,2. Caret yttria; aquae continet valde exiguam copiam. Allanites ponderosus Riddarhyttensis auctore Th. Scheerero compositus est ex 32,06 c. t. siliceae, 23,8 oxyduli

Digitized by Google

cerii, 25,26 oxydi ferri, 2,45 oxydi lanthani, 8,08 calcariae, 6,49 t. argillaceae, 1,16 magnesiae, 0,6 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LI. 1840. p. 477.)

III. AMPHIBOLITAE LIEVRITOIDEI.

Lievritartige Amphibolite.

(*Lievritoide.*)

(Pond sp. = 3,9 — 4,1.)

7. Lievrites. (Lievrit.)

Spec. 1. **Lievrites melanoconius.**

Schwarzstrichiger Lievrit.

Ilvait; Steffens. Kieselkalkeisen. Diprismatisches Melanerz; M. Yénite; Lelièvre. Fer calcareo-siliceux; H.

Comp. ch. Lievritae melanoconii Elbani auctore Rammelsbergio: 52,683 cent. oxyduli ferri, 29,831 t. siliceae, 12,437 calcariae, 1,505 oxyduli mangani, 1,62 aquae. (Poggend. Ann., Vol. L. 1840. p. 159 sq.)

8. *Wehrlites. (Wehrlit.)

Spec. 1. **Wehrlites polioconius.**

Graustrichiger Wehrlit.

Wehrlit; v. Kobell. (Lievrit; Zipser.)

Appendix. 1. Fayalites. (*Fayalit; C. G. Gmelin.*) Dubius, scoriae fornacis simillimus, mineralibus simplicibus vix adnumerandus; pond. spec. = 4,14. Auctore C. G. Gmelino praecipue ex terra silicea et oxydulo ferri compositus, quibus conjunctae sunt terrae argillaceae, oxyduli mangani et oxydi cupri aliquae partes. (Poggend. Ann., Vol. LI. 1840. p. 160 sqq. 261 sqq.)

2. Eschwegites. (*Eschwegit; Döbereiner.*) Dubii generis et loci, quum nihil de eo constet, nisi quod ex terra silicea et oxydulo ferro compositus sit.

Digitized by Google

IV. AMPHIBOLITAE ISOPYROIDEI.

Isopyrartige Amphibolite.

(*Isopyroide.*)

(Pond. sp. = 2,9 —3,2.)

9. *Polylithus. (Polylith.)

Spec. 1. **Polylithus monotomus.***)

Monotomer Polylith.

Polylith; Thomson.

10. Isopyrus. (Isopyr.)

Spec. 1. **Isopyrus cornubicus.**

Cornwalliser Isopyr.

Isopyr; Haidinger.

11. Wichtisites. (Wichtisit.)

Spec. 1. **Wichtisites magneticus.**

Magnetischer Wichtisit.

Wichtisit; Hausm. Wichtyne; Laurent.

12. Glaucophanes. (Glaukophan.)

Spec. 1. **Glaucophanes cycladicus.**

Cykladischer Glaukophan.

Glaukophan; Hausm.

Structura crystallina distincta rhombeo-prismatica (?), pond. spec. = 3,1; nigro-caeruleus; auctore Schnedermanno compositus ex 56,49 cent. t. siliceae, 12,23 t. argillaceae, 10,91 oxydi ferri, 7,97 magnesiae, 2,25 calcariae, 9,28 natri et 0,50 oxyduli mangani. In insula Syra, cycladica, repertus. (Erdm. Journ., Vol. XXXIV. 1845. p. 238 sqq.)

13. *Violanus. (Violan.)

Spec. 1. **Violanus Pedemontanus.**

Piemontesischer Violan.

Violan; Br.

Licet de natura chemica hujus speciei analysi numeros partium describente nondum edocti simus, tamen habitu Glaucophanae adeo similis est, ut fortasse eidem generi subjungenda sit.

---

*) Propter perfectam structuram lamellosam unicam sic dictus.

Digitized by Google

Appendix **ad tribum Amphibolitarum isopyroideorum.**

Hypochlorites. (*Hypochlorit; Schüler. Grüneisenerde* ex parte; *W.*) Species dubia, quam nonnulli ex partibus mechanice inter se junctis constare existimant. Si notas ejus physicas et compositionem chemicam respicimus, huic tribui adnumerari posse videtur. — Lapis quidam Hypochloritae similis, majori terrae siliceae copia insignis, sed auctore Kersteno mechanice mixtus, prope Bräunsdorf Saxoniae nuper repertus est. (Erdm. Journ., Vol. XXXI. 1844. p. 103 sq.)

V. AMPHIBOLITAE AUGITOIDEI.

Augitartige Amphibolite.

(*Augitoide.*)

(Pond. spec. = 3,2 — 3,5, solius generis Amphibolitae 2,9 — 3,4.)

14. Acmites.*) (Akmit.)

Spec. 1. **Acmites norwegicus.**

Norwegischer Akmit.

Akmit; Berzelius. Natrosiderit; Steffens. Paratomer Augitspath ex parte; M.

$\dot{Na}\dddot{Si} + \ddot{Fe}\dddot{Si}^2$. Rammelsberg. (Poggend. Ann., Vol. LXVIII. 1846. p. 506.) Franciscus de Kobell et Rammelsbergius exiguam ferri titanici copiam (3,1) mechanice immixtam in Acmite norw. repererunt. (Rammelsb. Repert. H. II. 1845. p. 6.)

Var. 1. A. n. viridis. (*Grüner n. Akmit.*)
Var. 2. A. n. fuscus. (*Brauner n. A.*)
Var. 3. A. n. piceus. (*Pechschwarzer n. A.*)

15. Augites. (Augit.)

A. Augitae normales. (Normale Augite.)

Spec. 1. **Augites Pyroxenus.**

Pyroxener Augit.

Augit; W. Pentaklasit; Hausm. Paratomer Augitspath; M. Pyroxène; H.

Subsp. 1. Augites Pyroxenus nobilis. (*Edler p. Augit.*)

Var. 1. A. P. n. Diopsius. (*Diopsischer e. p. A.*)

---

*) Hoc nomen quum ex voce ἀκμή, *acumen*, formatum sit, falso a nonnullis scribitur *Achmites*.

Diopsid. Alalit et Mussit. Proteit. Diopside; H. Baikalit; (Severgin.) Maclurit; Nuttall.

Augites P. a. Diopsius Achmatowskensis auctore R. Hermanno continet: 53,97 cent. terrae siliceae, 17,86 magnesiae, 25,6 calcariae, 2,0 oxyduli ferri, 0,57 oxyduli mangani. (Erdm. Journ., Vol. XXXVII. 1846. p. 191.)

a. A. P. n. D. limpidus. (*Wasserheller d. e. p. A.*)
b. A. P. n. D. albidus. (*Weisser d. e. p. A.*)
c. A. P. n. D. ravus. (*Grauer d. e. p. A.*)
d. A. P. n. D. viridis. (*Grüner d. e. p. A.*)

Var. 2. A. P. n. Pyrgomus s. Fassaites. (*Pyrgomer e. p. A.*)

Fassait.

Var. 3. A. P. n. Omphacites. (*Omphacitischer e. p. A.*)

Omphacit.

Fortasse huc referendus Augites Pyrox. nob. viridis (Diaclasius, *Diaklas; Br.*), qui cum Amphibolite euch. nob. Smaragdite connatus reperitur.

Var. 4. A. P. n. granulosus s. Coccolithus. (*Körniger e. p. A.*)

Kokkolith.

Var. 5. A. P. n. Sahlites. (*Sahlischer e. p. A.*)

Sahlit; d'Andrada. Malakolith; Abildgaard. Grünspath.

a. A. P. n. S. albidus. (*Weisser s. e. p. A.*)
b. A. P. n. S. ravus. (*Grauer s. e. p. A.*)
c. A. P. n. S. viridis. (*Grüner s. e. p. A.*)

Subsp. 2. Augites Pyroxenus vulgaris. (*Gemeiner p. Augit.*)

Var. 1. A. P. v. lamellosus. (*Blättriger g. p. A.*)

Blättriger Augit; W. Basaltischer Augit.

Var. 2. A. P. v. granulosus. (*Körniger g. p. A.*)

Var. 3. A. P. v. conchatus. (*Muschliger g. p. A.*)

Appendix. Porricinus (*Porricin*) et Euchysiderites (*Euchysiderit; Bryce*) ad Augiten Pyrox. vulgarem pertinere videntur.

B. Augitae placoidei. (Plakoidische s. tafelartig-crystallinische Augite.)

Spec. 2. **Augites Hypersthenus.**

Hypersthener Augit.

Paulit; W. Prismatoidischer Schillerspath; M. Hypersthène; H.

Digitized by Google

Spec. 3. **Augites Bronzites.**

Bronzirender Augit.

Bronzit; Karsten. Blättriger Anthophyllit; W. Hemiprismatischer Schillerspath; M. Bronzirender Pyroxen; Br. Diallage métalloide ex parte; H.

A ceteris Augitae speciebus praeter notas physicas praecipue distinctus minima vel nulla calcariae et maxima (29,6—31,5) magnesiae copia. Augites Bronzites grönlandicus auctore Fr. de Kobell constat ex 58,0 c. terrae siliceae, 29,66 magnesiae, 1,33 t. argillaceae, 10,14 oxyduli ferri, 1,0 oxyduli mangani. (Erdm. Journ., Vol. XXXVI. 1845. p. 303 sq.)

Appendix. 1. Phaestinus (*Phästin; Br.*) transmutatione quadam ex A. Bronzite ortus esse videtur.

2. Diaclasites. (*Diaklasit* et *talkartiger Diallag; Hausm. Gelber Schillerspath; Freiesleben.*) Augitae Bronzitae maxime affinis, minori duritie, flavo colore, paulo minori magnesiae et paulo majori calcariae et aquae copia ab eo differt. (Hausm. Handb. d. Min., 2 Aufl. Th. II. 1846. p. 498 sq.)

Spec. 4. **Augites versicolor.**

Schillernder Augit.

Grüner et grauer Diallage. Diallag; Hausm. Schillerspath ex parte. Diallage métalloide ex parte; H.

Var. 1. A. v. subviridis. (*Grüner sch. A.*)

Augites versicolor subviridis Pedemontanus auctore Regnaulto compositus est ex 50,05 cent. t. siliceae, 17,24 magnesiae, 15,63 calcariae, 2,58 t. argillaceae, 11,9 oxyduli ferri, 2,1 aquae. (Poggend. Ann., Vol. XLVI. 1839. p. 298 sq.)

Ad hanc varietatem Lotalites (*Lotalit; Severgin*) referendus esse videtur.

Var. 2. A. v. ravus. (*Grauer sch. A.*)

Auctore Fr. de Kobell Augites versicolor ravus Salisburgensis (*Grossarl*) constat ex 50,2 cent.

Digitized by Google

t. siliceae, 16,4 magnesiae, 20,26 calcariae, 8,4 oxyduli ferri et 3,8 terrae argillaceae. (Erdm. Journ., Vol. XXX. 1843. p. 472 sqq.)

Augitae versicolori ravo adnumeranda est varietas vanadiifera Genuensis, quae auctore Schafhäutlio ex 49,5 c. terrae siliceae, 14,11 magnesiae, 18,12 calcariae, 5,55 terrae argillaceae, 3,75 natri, 3,65 oxyduli vanadii, 3,27 oxyduli ferri et 1,77 aquae composita est. (Wöhler u. Lieb. Ann. d. Chem., Vol. LI. 1844. p. 256.) Quae compositio quum, excepto oxydulo vanadii et natro, cum Augitae versicoloris compositione congruat et a chemica Bronzitae natura prorsus differat, nomen varietati illi a Schafhäutlio impositum (*Vanadinbronzit*) retineri nequit.

16. Manganolithus. (Manganolith.)

Spec. 1. Manganolithus leucoconius.

Weissstrichiger Manganolith.

Manganspath; W. Rothbraunsteinerz ex parte. Mangankiesel. Kieselmangan. Kieselmanganspath. Rothstein et Rhodonit; Hausm. Diatomer Augitspath; M. Rubinspath. Strömit; Brooke. Manganèse oxydé silicifère; H. Rhodonite; Beudant. Bisilicate of Manganese; Thomson. Siliciferous Oxyde of Manganese; Phill.

Var. 1. M. l. crystallinus. (*Crystallinischer* s. *blättriger w. M.*)

Kieselmanganspath; Br.

Manganolithus cryst. roseus Algierensis auctore Ebelmeno continet: 45,49 c. t. siliceae, 39,46 oxyduli mangani, 4,66 calcariae, 2,6 magnesiae, 6,42 oxydi ferri. (Erdm. Journ., Vol. XXXVII. 1846. p. 127 sq.)

Var. 2. M. l. solidus. (*Dichter w. M.*)

a. M. l. s. roseus. (*Rosenrother d. w. M.*)

b. M. l. s. badio-rubicundus. (*Braunrother d. w. M.*)

c. M. l. badius. (*Brauner d. w. M.*)

Manganolitho solido cum Quarzo ac interdum etiam cum Rhodochrosite intime commixto nomina Allagites, Hydropites, Photicites, Tomosi-

Digitized by Google

tes, Diaphorites, *Manganjaspis* et *Horn-mangan* imposita sunt. Photicites badius auctore Simpsone mixtus est ex 75,74 t. siliceae, 12,84 oxyduli mangani, 1,46 calcariae, 1,5 magnesiae, 1,44 oxyduli ferri et 8,69 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LXII. 1844. p. 146 sq.)

Appendix. Mineralia Manganolitho affinia, praecipue ex terra silicea, oxydulo mangani et oxydo ferri constantia, parum cognita:

1. Fowlerites. (*Fowlerit.* Ferro-silicate of Manganese; Thomson.)
2. *Mangansilicat*, Silicate of Manganese; Thomson.
3. *Mangansesquisilicat*, Sesquisilicate of Manganese; Thomson. (*Dyssnit.*)
4. Troostites. (*Troostit; Shepard.* Ferruginous Silicate of Manganese; Thomson.)
5. Tephroites. (*Tephroit; Br.* Anhydrous Silicate of Manganese; Thomson.) (Rammelsb. Repert., H. I. 1843. p. 80.)
6. Wittingites. (*Wittingit.*) Prope Storkyro in Finnia repertus; fortasse ex terra silicea et oxydulo mangani constans, sed non exploratus.

17. *Bustamites. (Bustamit.)

Spec. 1. Bustamites radiatus.

Strahliger Bustamit.

Bustamite; Al Brongniart.

Auctore Ebelmeno compositus ex 44,45 c. terrae siliceae, 26,96 oxyduli mangani, 14,43 calcariae 1,15 oxyduli ferri, 0,64 magnesiae, quibus accedunt 12,27 cent. calcariae cum acido carbonis mechanice admixtae. (Erdm. Journ., Vol. XXXVII. 1846. p. 259 sq.)

Var. 1. B. r. cano-badius. (*Graulichbrauner str. B.*)

Var. 2. B. r. ravus. (*Grauer str. B.*)

a. Rutilo-ravus.

b. Viridi-ravus.

Digitized by Google

18. *Jeffersonites. (Jefferſonit.)

Spec. 1. **Jeffersonites Jerseyensis.**

Newjerseyischer Jeffersonit.

Jeffersonit; Keating.

Auctore Thomsone compositus ex 44,5 c. terrae siliceae, 22,15 calcariae, 14,55 t. argillaceae, 4,0 magnesiae, 12,34 oxyduli ferri, 1,85 aquae. (Erdm. Journ., Vol. XXXI. 1844. p. 501.) Keatingius contra non nisi 2,2 c. t. argillaceae et 13,5 oxyduli mangani in Jeffersonite Jers. contineri contendit.

Var. 1. J. J. olivaceus. (*Olivengrüner N. J.*)

Var. 2. J. J. fuscus. (*Schwärzlichbrauner N. J.*)

19. Babingtonites. (Babingtonit.)

Spec. 1. **Babingtonites axotomus.**

Axotomer. Babingtonit.

Babingtonit; Levy. Axotomer Augitspath; M. Koracit; Br. Hedenbergit; Berzelius.

Auctore Haidingero (Uebersicht d. Resultate miner. Forsch. etc. 1845, p. 62.). Hedenbergites ex fodina marmorea prope Tunabergam effossus (ex 49,0 c. terrae siliceae, 26,0 oxyduli ferri, 20,8 calcariae, 2,9 magnesiae compositus), ad Babingtoniten axotomum referendus est, id quod compositione chemica comprobatur, qua omnino inter se congruunt. Babingtonites ax. Arendalensis auctore Arppeo continet: 54,4 c. terrae siliceae, 21,3 oxyduli ferri, 19,6 calcariae, 2,2 magnesiae, 1,8 oxyduli mangani, 0,3 t. argillaceae. (Berzel. Jahresber., Jahrg. XXII. 1842. p. 205.) — Eidem speciei adnumerandus esse videtur „Augites“ sic dictus „niger“ Arendalensis, auctore Imm. Wolfio his partibus constans: 47,78 c. terrae siliceae, 27,01 oxyduli ferri, 22,95 calcariae. $\dot{C}a^3 \dddot{S}i^2 + \dot{F}e \dddot{S}i^2$. (Erdm. Journ., Vol. XXXIV. 1845. p. 236.)

20. *Hudsonites. (Hudſonit.)

Spec. 1. **Hudsonites polysiderus.**

Polysiderischer Hudsonit.

Hudsonit; Beck.

Digitized by Google

Forma et structura crystallina Augitae pyroxeno similis, compositione chemica absolute ab eo diversus, pondere spec. = 3,5, colore nigro. Auctore Beckio compositus ex 37,9 cent. terrae siliceae, 36,8 oxydi ferri, 12,7 terrae argillaceae, 11,4 calcariae, 1,92 oxydi chromii. (Silliman americ. Journ., Vol. XLVI. 1844. p. 25.) In comitatu Orange Americae septentrionalis repertus.

21. *Arfvedsonites. (Arfvedsonit.)

Spec. 1. Arfvedsonites euchoneutus.

Euchonischer Arfvedsonit.

Peritomer Augitspath; M. Arfvedsonite; Brooke.

Auctore Fr. de Kobell maxima (36,1) ferri oxydulati copia et 8 cent. natri insignis. — Alia species, cui idem nomen (Arfvedsonites) impositum est, auctore Arfvedsone aliam omnino compositionem chemicam eamque cum Amphibolite euchoneuto fere communem habet. Quaeritur, cuinam harum specierum nomen Arfvedsonitae ab initio impositum fuerit.

Aegirinus (*Aegirin; Esmark*), Arfvedsonitae euchoneuto proximus, auctore Plantamouro has partes chemicas continet: 46,57 c. terrae siliceae, 5,91 calcariae, 5,87 magnesiae, 3,41 t. argillaceae, 24,38 oxydi ferri, 2,01 acidi titanici, 7,79 natri, 2,96 kalii et 2,06 oxyduli mangani. (Biblioth. univers. de Genève, Avr. 1841. Nr. 64. p. 335.) — Ceterum duobus vel tribus diversis mineralium speciebus Aegirini nomen impositum fuisse Th. Scheererus opinatur. (Poggend. Ann., Vol. LXI. 1844. p. 545 sq.)

22. Amphibolites. (Amphibolit s. Hornblende.)

Spec. 1. Amphibolites euchoneutus.

Euchonische Hornblende.

Hornblende; W. Amphibol. Amphibolit. Hemiprismatischer Augitspath; M. Amphibole; H. Actinote; Beud.

Var. 1. A. e. basalticus. (*Basaltische e. H.*)

Comp. ch. Amphibolitae euchoneuti basaltici Czernozinensis auctore Göscheno: 40,27 c. terrae

Digitized by Google

siliceae, 13,38 magnesiae, 13,8 calcariae, 16,36 t. argillaceae, 15,34 oxydi ferri, 0,46 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LXII. 1844. p. 145.)

Var. 2. A. e. vulgaris. (*Gemeine e. H.*)

a. A. e. v. lamellosus. (*Blätterige gem. e. H.*)

α. Niger. (*Schwarze.*)

Carinthinus. (Karinthin, Saualpit, Keratophyllit.)

β. Viridis. (*Grüne.*)

Pargasites. (Pargasit.) Uralites (Uralit), h. e. Amphibolites e. vulgaris nigro-viridis Augite involutus, vel forma Augitae pseudocrystalla externa.

b. A. e. v. radiatus. (*Strahlige gem. e. H.*)

α. Niger.

β. Viridis.

c. A. e. v. schistus. (*Schiefrige gem. e. H.*)

Schistus amphiboticus. Hornblendschiefer.

Var. 3. A. e. versicolor. (*Schillernde e. H.*)

Metallisirende Hornblende. Metallophaner Amphibol;

Var. 4. A. e. Edenensis. (*Edenische e. H.*)

Edenit.

Var. 5. A. e. nobilis. (*Edle e. Hornblende* s. *Strahlstein.*)

Strahlstein; W. Actinotes. Aktinolith. Actinote; H.

a. A. e. n. Smaragdites. (*Körnig-blättriger Strahlstein* s. *Smaragdit.*)

Körniger Strahlstein; W. Diallage verte; H. Smaragdite; de Saussure.

Cum Augitae Pyroxeni nobilis varietate viridi (Diaclasio; Br.) connatus.

b. A. e. n. vitreus s. diaphanes.*) (*Glasartiger Strahlstein.*)

c. A. e. n. acrodiaphanes.**) (*Gemeiner Strahlstein.*)

d. A. e. n. asbestoides. (*Asbestartiger Strahlstein.*)

Byssolithus (Byssolith.) Amianthoide; de la Metherie. Asbestoide.

Amphibolites e. nobilis asbestoides Tabergensis auctore Murrayo ex 59,5 c. t. si-

---

*) Vox διαφανής non tantum rem pellucidam et semipellucidam, sed etiam translucentem sive luci non absolute perviam significat.

**) Ἀκροδιαφανής i. e. ἐν ἄκραις διαφανής, in extremis angulis translucens.

liceae, 19,3 magnesiae, 12,65 calcariae, 8,6 oxyduli ferri compositus est. (Rammelsb. Repert., H. II. 1845. p. 60.)

Var. 6. A. e. Grammatites. (*Grammatitische e. H.*)
Tremolit; Saussure et W. Grammatite; H.

a. A. e. Gr. vitreus. (*Glasartiger Grammatit.*)

b. A. e. Gr. vulgaris. (*Gemeiner Grammatit.*)

α. Albidus. (*Weisser.*)

β. Ravus. (*Grauer.*)

γ. Subviridis. (*Blassgrüner.*)
Calamites (Kalamit.)

c. A. e. Gr. asbestoides. (*Asbestartiger Grammatit.*)
Asbestus grammatiticus. Cymatinus. (Kymatin; Br.)

Cymatinum Rammelsbergius compositum esse docuit ex 57,98 cent. t. siliceae, 22,38 magnesiae, 12,95 calcariae, 6,32 oxyduli ferri, 0,58 t. argillaceae. (Rammelsb. Repert., H. I. 1843. p. 74.)

Appendix. Asbestus. Plurima pars naturam Amphibolitae euchoneuti nobilis vel Grammatitae, altera naturam varietatis alicujus Augitae Pyroxeni exhibens.

Var. 1. A. Amiantus. (*Amiantischer Asb.* s. *Amiant.*)
Bergflachs. Flachsstein. Bergwolle. Federweiss. Ἀμίαντος λίθος; Dioscorides. Amiantus; Plin.

Comp. ch. Asbesti Amianti ex alpe Schwarzenstein Tyrolensi auctore Meitzendorffio: 55,87 c. terrae siliceae, 20,33 magnesiae, 17,76 calcariae, 4,31 oxyduli ferri, 1,11 oxyduli mangani. (Poggend. Ann., Vol. LII. 1841. p. 626 sq.)

Var. 2. A. vulgaris. (*Gemeiner Asbest.*)
Comp. ch. Asbesti vulgaris (?) albidi Tschussowajensis montium Uralensium auctore Heintzio: 58,19 c. terrae siliceae, 30,79 magnesiae,

Digitized by Google

siae, 0,18 t. argillaceae, 7,93 oxyduli ferri, 1,86 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LVIII. 1843. p. 168 sq.)

Var. 3. A. papyraceus et coriaceus. (*Papierasbest*, *Lederasbest.*)

Filzasbest. Bergpapier. Bergkork. Bergleder. Bergfleisch.

Mineralia asbestoidea propriis nominibus insignita:

1. Peponites. (*Peponit; Br.*)
2. Raphilites. (*Raphilit; Thomson.*)

Spec. 2. **Amphibolites Anthophyllites s. dyschoneutus.**
Anthophyllitische Hornblende.

Anthophyllit; Schumacher. Strahliger Anthophyllit; W. Prismatischer Schillerspath; M. Antholith; Br.

Appendix ad tribum Amphibolitarum augitoideorum.

1. *Diastatites. (*Diastatit; Br.*)
2. *Gedrites. (*Gedrit;* Dufrénoy.) Praeter terram siliceam, argillaceam, magnesiam, 45,8 cent. oxyduli ferri continens.
3. *Nordenskiöldites. (*Nordenskiöldit; Br.*) Amphibolitae cuch. Grammatitae affinis esse dicitur.
4. *Breislakites. (*Breislakit; Brocchi.*) Duritie, pondere specifico, compositione chemica inexploratus.

VI. AMPHIBOLITAE OPHITOIDEI.

Ophitoidische s. serpentinartige Amphibolite.

(*Ophitoide.*)

(Pond. sp. 2,5 — 2,9.)

23. *Xylotilus. (Xylotil.)

Spec. 1. **Xylotilus Sterzingensis.**
Sterzingischer Xylotil.

Bergholz; W. Holzasbest. Asbeste ligniforme; H.

Hanc speciem filamentis articulatis tenerrimis constare, observationibus microscopicis Ehrenbergius docuit. (Poggend. Ann., Vol. XLI. p. 641 sq.)

Digitized by Google

24. *Xylites. (Xylit.)

Spec. 1. Xylites cryptogenes.*)

Kryptogener Xylit.

Xylit; R. Hermann.

R. Hermanno auctore compositus ex 44,0 cent. terrae siliceae, 37,8 oxydi ferri, 6,5 calcariae, 5,4 magnesiae, 1,3 oxydi cupri, 4,7 aquae. (Erdm. Journ., Vol. XXXIV. 1845. p. 180 sq.)

25. Bastites. (Bastit s. Schillerspath.)

Spec. 1. Bastites versicolor.

Farbenwandelnder Schillerspath.

Schillerstein; W. Schillerspath. Diatomer Schillerspath; M. Bastit; Haid. Diallage métalloide ex parte; H.

26. *Chrysotilus. (Chrysotil.)

Spec. 1. Chrysotilus amiantoides.

Amiantartiger Chrysotil.

Chrysotil; v. Kobell. Amiant von Reichenstein. Schillernder Asbest; Hausm.

Bastites et Chrysotilus proxime affines sunt et in compositione chemica non nisi eo differunt, quod Bastites minorem magnesiae et majorem oxyduli ferri copiam continet. Altiori investigatione fortasse comprobabitur, eos non nisi singulas species unius ejusdemque generis esse.

Metaxites a Delessio sic dictus et examinatus vere Chrysotilus est, scilicet compositus ex 42,1 cent. t. siliceae, 41,9 magnesiae, 3,0 oxyduli ferri, 0,4 t. argillaceae et 13,6 aquae. (Delesse, Thèse sur l'empl. de l'anal. chim. dans les rech. de Min. Par. 1843. p. 24.) Metaxites, cujus analysin chemicam Bernhardus Kühn instituit, has partes continet: 43,48 c. t. siliceae, 41,0 magnesiae, 2,2 oxyduli ferri, 12,98 aquae. (Wöhl. u. Lieb. Ann. d. Chem., Vol. LIX. 1846. p. 369.)

Baltimorites (*Baltimorit; Thomson*) est Chrysotilus majorem oxyduli ferri copiam continens, auctore Thomsone compositus ex 40,9 c. terrae siliceae, 34,7 magnesiae, 10,0 oxyduli ferri, 1,5

*) Sic dictus, quia locus hujus speciei natalis obscurus est.

Digitized by Google

terrae argillaceae, 12,6 aquae. (Lond., Edinb. etc. philos. Magaz. 3 Ser., Vol. XXII. 1843. p. 191.)

27. Serpentinus. (Serpentin.)

Spec. 1. Serpentinus euglyphes.*)

Euglyphischer Serpentin.

Serpentin; W. Ophit. Ophiolith. Prismatischer Serpentinsteatit; M. Talc Stéatite; H. *Λίθος ὀφίτης*; Diosc. Ophites; Plin.

Var. 1. S. e. nobilis. (*Edler e. Serpentin.*)

Edler Serpentin; W. Pyknotrop. Steatoid.

a. S. e. n. microphyllus. (*Kleinblättriger edler e. S.*)

Serpentinum eugl. nobilem crystallinum structura distincte lamellosa nonnullis abhinc annis prope Baumgarten regionis Frankensteinensis Silesiae reperi.

b. S. e. n. fibrosus. (*Faseriger edler e. S.*)

c. S. e. n. solidus. (*Dichter edler e. S.*)

α. Conchatus. (*Muschliger.*)

β. Confragosus. (*Splittriger.*)

Serpentinus e. nobilis solidus flavus Fahlunensis auctore Marchandio compositus est ex 40,52 cent. t. siliceae, 42,05 magnesiae, 3,01 oxydi ferri, 13,85 aquae, 0,3 carbonis. (Erdm. Journ., Vol. XXXII. 1844. p. 499.) Serpentinus e. nobilis (?) solidus ex comitatu Richmond Americae septentrionalis auctore Beckio ex 41,0 t. siliceae, 41,26 magnesiae, 2,39 calcariae, 1,85 oxyduli ferri, 13,5 aquae. (Dana, Syst. of Min., 2 Ed., 1844. p. 310.)

Var. 2. S. e. vulgaris. (*Gemeiner e. Serpentin.*)

Gemeiner Serpentin; W.

a. S. e. v. unicolor. (*Einfarbiger gem. e. S.*)

Comp. ch. Serpentini eugl. vulgaris nigri saxonici auctore Vogelio jun.: 44,7 cent. t. siliceae, 28,5 magnesiae, 13,2 oxyduli

---

*) Haec Serpentini species *euglyphes* (*εὐγλυφής*) appellatur, quia ad sculpenda vasa et artis opera, quae ex eo conficiuntur, maxime idonea est.

Digitized by Google

ferri, 1,24 t. argillaceae, 0,145 oxydi chromii, 0,192 carbonis, 11,2 aquae. (Münchn. gel. Anz., 19 Jul. 1844. Nr. 144. p. 116.) Suerseno auctore Serpentinus e. vulg. niger Zöblitzensis parvam vanadii copiam immixtam continet. (Erdm. Journ., Vol. XXXI. 1844. p. 486 sq.)

b. S. e. v. variegatus. (*Bunter gem. e. S.*)

Appendix. Rensselaerites (*Rensselärit; Emmons.*) (Silliman, americ. Journ., Vol. XLV. 1843. p. 123.) Serpentinus e. ravus esse dicitur, formas pseudocrystallas Augitae Pyroxeni exhibens.

Spec. 2. **Serpentinus rhodophanes.**
Rhodophaner Serpentin.
Rhodochrom; Fiedler.

Colore nigro, tenuium assularum colore florum Persicae, pulvere e rutilo albo; auctore Gustavo Rose ex terra silicea, magnesia, aqua et parva oxydi chromii et terrae argillaceae copia compositus. (Poggend. Ann., Vol. LIX. 1843. p. 490 sq.)

Var. 1. S. rh. cryptocrystallus. (*Kryptocrystallinischer rh. S.*)

Var. 2. S. rh. solidus. (*Dichter rh. S.*)

Spec. 3. **Serpentinus Picrolithus.**
Pikrolithischer Serpentin.

Var. 1. S. P. vulgaris. (*Gemeiner p. S.*)
Pikrolith; Hausmann.

a. S. P. v. fibrosus. (*Faseriger g. p. S.*)

b. S. P. v. solidus. (*Dichter g. p. S.*)

Var. 2. S. P. sidericus. (*Siderischer p. S.*)
Hydrophit; Svanberg.

Serpentino Picrolitho vulgari habitu simillimus, sed praecipue majori ferri et aquae et minori magnesiae copia ab eo diversus. Auctore Svanbergio compositus ex 36,19 cent. t. siliceae, 21,08 magnesiae, 2,89 terrae argillaceae, 22,72 oxyduli ferri, 1,16 oxyduli mangani, 0,115 acidi vanadii

Digitized by Google

et 16,08 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LI. 1840. p. 537 sq.)

Appendix. 1. *Marmalites. (*Marmalit; Nuttal. Marmolith. Hemiprismatischer Serpentinsteatit; Haid.*) Licet habitu diversus compositione tamen chemica omnibus numeris cum Serpentino euglyphe congruit. Auctore Shepardo Marmalites Blandfordensis reipublicae Massachusetts ex 40,08 cent. t. siliceae, 41,4 magnesiae, 2,7 oxyduli ferri, 15,67 aquae compositus est. (Dana Syst. of Min., 2 Ed. p. 310.) Sed utrum Marmalitae structura crystallina eadem sit, quae Serpentini euglyphis, nondum liquet.

2. *Rocklandites. (*Rocklandit; Beck.*) Non satis cognitus, fortasse ad Serpentinum referendus.

28. *Picrophyllites. (Pikrophyllit.)

Spec. 1. **Picrophyllites Sahlensis.**

Sahlischer Pikrophyllit.

Pikrophyll; Svanberg

Comp. ch. auctore Svanbergio: 49,8 c. terrae siliceae, 30,1 magnesiae, 1,11 t. argillaceae, 0,78 calcariae, 6,86 oxyduli ferri cum vestigio oxydi mangani, 9,83 aquae. (Poggend. Ann., Vol. L. 1840. p. 662 sq.) Mihi haec species ad Serpentinum eugl. nobilem microphyllum proxime accedere videtur.

29. *Villarsites. (Villarsit.)

Spec. 1. **Villarsites Pedemontanus.**

Piemontesischer Villarsit.

Villarsit; Dufrénoy.

Auctore Dufrénoy compositus ex 39,6 cent. t. siliceae, 47,37 magnesiae, 3,59 oxyduli ferri, 2,42 oxyduli mangani, 0,53 calcariae, 0,46 kalii, 5,86 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LVI. 1842. p. 642 sq. Vol. LVIII. 1843. p. 666 sq.)

Digitized by Google

30. *Pyroscleritës. (Pyroskterit.)

Spec. 1. **Pyrosclerites eutomus.**

Eutomer Pyrosklerit.

Pyroskierit; v. Kobell. (Serpentin von Åker.)

31. *Antigorites. (Antigorit.)

Spec. 1. **Antigorites leptoschistus.** *)

Dünnschiefriger Antigorit.

Antigorit; Ed. Schweitzer.

Chemica hujus speciei natura auctore Ed. Schweitzero haec est: 46,2 cent. terrae siliceae, 34,4 magnesiae, 2,0 terrae argillaceae, 13,0 oxyduli ferri, 3,7 aquae. (Poggend. Ann., Vol. XLIX. 1840. p. 595 sqq.)

32. *Retinalites. (Retinalit.)

Spec. 1. **Retinalites canadensis.**

Canadischer Retinalit.

Retinalit; Thomson.

33. Picrosminus. (Pikrosmin.)

Spec. 1. **Picrosminus eutomus.**

Eutomer Pikrosmin.

Pikrosmin; Haid. Prismatischer Pikrosminsteatit; M.

34. Pyrallolithus. (Pyrallolith.)

Spec. 1. **Pyrallolithus Pargasensis.**

Pargasischer Pyrallolith.

Pyrallolith; Nordenskiöld. Tetartoprismatischer Serpentinsteatit; Haid.

Appendix ad tribum Amphibolitarum ophitoideorum.

1. *Chonicrites. (*Chonikrit; v. Kobell.*)
2. *Spadaites. (*Spadait; v. Kobell.*)
   A Francisco de Kobell descriptus et chemice exploratus hisque partibus compositus: 56,0 cent. terrae siliceae, 30,67 magnesiae, 0,66 oxyduli ferri, 0,66 t. argillaceae et 11,34 aquae. (Erdm. Journ., Vol. XXX. 1843. p. 468 sqq.)

*) Nomen compositum ex λεπτὸς, *tenuis*, et σχιστὸς, *schistus*.

Digitized by Google

VII. AMPHIBOLITAE WOLLASTONITOIDEI.

Wollastonitartige Amphibolite.

(*Wollastonitoide.*)

(Pond. sp. = 2,6 — 2,9.)

35. Wollastonites. (Wollastonit.)

Spec. 1. **Wollastonites anisotomus.**

Anisotomer Wollastonit.

Schaalstein; W. Tafelspath; Stütz. Kieselkalkspath. Prismatischer Augitspath; M. Tetartiner Photolith; Br. Grammit. Wollastonite; H. Tabular Spar; Phill.

Var. 1. W. an. lamellosus. (*Blätteriger an. W.*)

Wollastonites anisotomus indistincte crystallomorphus romanus auctore Fr. de Kobell continet: 51,5 cent. t. siliceae, 45,45 calcariae, 0,55 magnesiae, 2,0 aquae. (Erdm. Journ., Vol. XXX. 1843. p. 469.)

Var. 2. W. an. radiatus. (*Strahliger an. W.*)

36. Pectolithus. (Pektolith.)

Spec. 1. **Pectolithus euchoneutus.**

Euchonischer Pektolith.

Pektolith; v. Kobell.

37. *Stellites. (Stellit.)

Spec. 1. **Stellites sericoides.** *)

Seidenartiger Stellit.

Stellit; Thomson.

Appendix. Praeter hanc speciem scoticam (ex 48,4 cent. t. siliceae, 30,9 calcariae, 5,5 magnesiae, 5,3 t. argillaceae et 6,1 aquae compositam) duobus aliis mineralibus diversis americanis idem nomen Stellitae tributum est. Quorum alterum, cujus analysin Lewisius C. Beck instituit et in quo 54,6 c. t. siliceae, 33,6 calcariae, 6,8 magnesiae, 0,5 oxydi ferri et 3,2 aquae continentur, fortasse Wollastonitae subjungendum est, cum quo etiam pondere spec. (= 2,8) congruit. (Sillim. americ. Journ., Vol. XLIV.

*) Propter splendorem serico similem sic appellatus.

1843. p. 54 sqq.) Alterum auctore Hayesio compositum est ex 55,9 c. t. siliceae, 35,1 calcariae, 6,7 natri, 0,6 kalii, 0,6 oxyduli mangani et 0,16 aquae. (Dana, Syst. of Min., Ed. 2. 1844. p. 336.) Igitur tribus mineralium speciebus diversis unum idemque nomen impositum est.

Pectolithus et Stellites ordini Zeolithorum affines sunt.

38. *Leucophanes. (Leukophan.)

Spec. 1. Leucophanes phosphoreus.

Phosporescirender Leukophan.

In syenite Norwegiae repertus; auctore A. Erdmanno compositus ex 47,88 cent. t. siliceae, 25,0 calcariae, 11,51 glycinae, 7,59 natri, 6,17 fluoris, 1,01 oxyduli mangani, 0,26 kalii. (Leonh. n. Jahrb. f. Min. 1841. p. 683. Erdm. Journ., Vol. XXXI. 1844. p. 166.)

Appendix ad tribum Amphibolitarum wollastonitoideorum.

*Danburites. (*Danburit; Shepard.*) Species dubia Connecticutensis, magna duritie insignis, nisi quae de hac relata habemus falsa sunt. Auctore Shepardo ex 56,0 c. terrae siliceae, 28,3 calcariae, 1,5 t. argillaceae, 0,8 yttriae, (?) 5,1 kalii et 8,0 aquae compositus. (Silliman americ. Journ., Vol. XXXV. 1839. p. 138. Poggend. Ann., Vol. L. 1840. p. 182 sq.)

VIII. AMPHIBOLITAE ANTHOSIDERITOIDEI.

Anthosideritartige Amphibolite.

(*Anthosideritoide.*)

(Pond. sp. = 2,9 — 3,2.)

39. Carpholithus. (Karpholith.)

Spec. 1. Carpholithus bohemicus.

Böhmischer Karpholith.

Karpholit; W.

Digitized by Google

40. *Zeuxites. (Zeurit.)

Spec. 1. **Zeuxites cornubicus.**

Cornwalliser Zeuxit.

Zeuxit; Thomson.

41. Anthosiderites. (Anthosiderit.)

Spec. 1. **Anthosiderites brasiliensis.**

Brasilianischer Anthosiderit.

Anthosiderit; Hausmann.

Excentrice fibrosus, pondere spec. = 3, ex flavo badius; auctore Schnedermanno ex 59—61,1 cent. terrae siliceae, 34,6—35,3 oxydi ferri, 3,59 aquae compositus. $\dddot{Fe}\,\dddot{Si}^3 + \dot{H}$. (Erdm. Journ., Vol. XXII. 1841. p. 412 sq. Poggend. Ann., Vol. LII. p. 292.) Duritie Cyanitae proximus.

42. Crocydolithus. (Krokydolith.)

Spec. 1. **Crocydolithus caeruleus.**

Blauer Krokydolith.

Blaueisenstein; Klaproth. Krokydolith, antea faseriges Eisenblau; Hausm.

Var. 1. Cr. c. fibrosus. (*Faseriger Kr.*)

Var. 2. Cr. c. terreus. (*Erdiger Kr.*)

Appendix ad tribum Amphibolitarum anthosideritoideorum.

*Kirwanites. (*Kirwanit; Thomson.*) Iricus, Anthosideritoideis habitu similis, sed, si recte descriptus est, multo minori duritie ab iis distinctus.

IX. AMPHIBOLITAE CYANITOIDEI.

Cyanitartige Amphibolite.

(*Cyanitoide.*)

Pond. sp. = 3,1 — 3,6)

43. Cyanites. (Cyanit.)

Spec. 1. **Cyanites Disthenus.**

Disthener Cyanit.

Cyanit et Rhäticit; W. Kyanit. Prismatischer Disthenspath; M. Disthène; H. Sappare; de Saussure. Sapparit.

Var. 1. C. D. lamellosus. (*Blättriger* et *breitstrahliger d. C.*)

Cyanites Disth. lamellosus Gotthardtensis auctore Marignaco continet: 62,66 cent. t. argillaceae,

Digitized by Google

36,6 t. siliceae, 0,84 oxydi ferri. $\dddot{A}l^3 \dddot{S}i^2$. (Ann. de Chim. etc., 3 Sér., Vol. XIV. 1845. p. 49.) Cyanites D. lam. montis Greiner Tyrolensis auctore J. Jacobsone: 62,6 t. argillaceae, 37,3 t. siliceae, 1,08 oxydi ferri. (Poggend. Ann., Vol. LXVIII. 1846. p. 417.)

Var. 2. C. D. radiatus. (*Schmalstrahliger d. C.*)
Rhäticit; W.
a. C. D. r. albus. (*Weisser schmalstr. C.*)
b. C. D. r. flavus. (*Gelber schm. C.*)
c. C. D. r. ravus. (*Grauer schm. C.*)

Appendix. 1. Fibrolithus. (*Fibrolith. Bucholzit; Brandes. Faserkiesel* ex parte.) Ex Cyanite D. fibroso cum Quarzi particulis commixto constare creditur.

2. Xenolithus. (*Xenolith; Nordenskiöld.*) Habitu Cyanitae D. affinis, duritie Quarzi; auctore Komoneno compositus ex 52,54 cent. terrae argillaceae, 47,44 t. siliceae. In Finnia repertus. (Acta soc. scient. fennicae, T. I. p. 643. Schriften d. Petersb. min. Gesellsch., Vol. I. P. I. 1842. p. LXXVII sq. Pogg. Ann., Vol. LVI. 1842. p. 643.)

44. *Sillimanites. (Sillimanit.)

Spec. 1. Sillimanites Connecticutensis.
Connecticutischer Sillimanit.
Sillimanit; Bowen. Aktinolith; Br. Prismatoidischer Disthenspath; M.

Novarum analysium chemicarum Sillimanitae Conn. summa: 1) Auctore Arth. Connello: 58,9 cent. terrae argillaceae, 36,7 t. siliceae, 0,99 oxydi ferri. (Edinb. new philos. Journ., Vol. XXXI. 1841. p. 232 sqq.) 2) Auctore Nortone: 62,7 t. argillaceae, 37,7 t. siliceae, 2,3 oxydi ferri. (Dana, Syst. of Min., Ed. 2. 1844. p. 378.)

45. Wörthites. (Wörthit.)

Spec. 1. Wörthites Petropolitanus.
Petersburger Wörthit.
Wörthit; Hess.

Digitized by Google

46. Diasporus. (Diaspor.)

Spec. 1. Diasporus eutomus.

Eutomer Diaspor.

Diaspor; W. Blättriger Hydrargillit; Hausm. Eutomer Disthenspath; M. Diaspore; H.

Var. 1. D. eut. aquilonalis. (*Nordischer eut. D.*)
Comp. ch. Diaspori eutomi Uralensis auctore Damourio: 79,91 c. terrae argillaceae, 14,9 aquae, quibus accedunt 5,8 materiae insolubilis, cujus maxima pars ipsa est terra argillacea. (Ann. de Chim. etc., 3 Sér., T. XVI. 1846. p. 326.)

Var. 2. D. eut. Schemnitzensis. (*Schemnitzischer eut. D.*)
Ab Haidingero in fodina aliqua Schemnitzensi repertus ab eoque subtilius investigatus; systemate crystallino rhombico, ex albido et cano colore in violaceum transiens, idemque dichromaticus et trichromaticus. (Poggend. Ann., Vol. LXI. 1844. p. 313 sq.)

X. AMPHIBOLITAE EPIDOTOIDEI.

Epidotartige Amphibolite.

(*Epidotoide.*)

(Pond. spec. = 3,2 — 3,4.)

47. Epidotus. (Epidot.)

Prismatoidischer Augitspath; M. Epidote (excepto Thulite); H.

Spec. 1. Epidotus nobilis s. Pistacites.

Edler Epidot* s. *Pistacit.

Pistazit; W. Thallit; Hausm. Arendalit. Oisanit. Akanthikon. Delphinite; de Saussure. Thallite; de Lamétherie.

Var. 1. E. n. viridis. (*Grüner edler Epidot.*)

a. E. n. v. lamellosus. (*Blättriger gr. e. E.*)
Comp. ch. Epidoti nobilis viridis lamellosi Arendalensis auctore Rammelsbergio: 37,98 cent. t. siliceae, 20,78 t. argillaceae, 23,74 calcariae, 17,24 oxydi ferri, 1,11 magnesiae. (Poggend. Ann., Vol. LXVIII. 1846. p. 510.)

b. E. n. v. radiatus. (*Strahliger gr. e. E.*)

c. E. n. v. granulosus. (*Körniger gr. e. E.*)

Digitized by Google

d. E. n. v. arenaceus. (*Sandiger gr. e. E.*)
Skorza.

e. E. n. v. solidus. (*Dichter gr. e. E.*)

Var. 2. E. n. dichromaticus.
Puschkinites. Puschkinit; Wagner.

Varietas Uralensis colore prasino lumine reflexo, aurantiaco secundum longitudinem axis primariae lumine transmisso; auctore Wagnero Casanensi composita ex 38,8 cent. t. siliceae, 18,8 t. argillaceae, 16,0 calcariae, 6,1 magnesiae, 16,3 oxydi ferri, 0,2 oxydi mangani, 1,6 natri, 0,4 lithii. (Bullét. de la Soc. imp. d. nat. de Moscou; Ann. 1841. Nr. 1. p. 112 sq.)

Var. 3. E. n. rutilus.

Crystalli colore cameo et colore Zirconii Hyacinthi 1841 in valle Zillerthal reperti.

Spec. 2. **Epidotus vulgaris s. Zoisites.**
Gemeiner Epidot s. *Zoisit.*
Zoisit; Karsten et W. Saualpit. Illuderit.

a. E. v. ravidus. (*Grauer g. E.*)
Comp. ch. Epidoti vulgaris ravidi Zwieselensis auctore O. Bernhardo Kühn: 40,62 cent. t. siliceae, 29,18 t. argillaceae, 22,67 calcariae, 0,73 magnesiae, 6,19 oxydi ferri. (Wöhl. u. Lieb. Ann. d. Chem., Vol. LIX. 1846. p. 374.)

b. E. v. ravido-badius. (*Graulichbrauner g. E.*)

Appendix. Cummingtonites (*Cummingtonit*) fortasse huc referendus.

Spec. 3. ***Epidotus niger.**
Schwarzer Epidot.

Natura sua chemica non exploratus. Utrum peculiaris species sit necne, incertum. Crystalli nigerrimi opaci, forma epidotica (angul. $115^1/_2{}^0$), Rhyacolitho innati, prope lacum Laachensem et in granite Uralensi reperti. (G. Rose, Reise nach d. Ural., Vol. I. p. 432 sq.)

Spec. 4. **Epidotus manganicus.**
Manganischer Epidot.

Digitized by Google

Manganepidot. Piemontesischer Braunstein; W. Epidote manganesifère; Cordier et Haüy. Manganesian Epidote; Phill.

Spec. 5. ***Epidotus roseus s. Thulites.**
Rosenrother Epidot s. ***Thulit.***
Thulite; Brooke.

Auctore Levyo structuram crystallinam, auctore C. G. Gmelino naturam chemicam Epidoti habet. Constat enim ex 42,8 cent. terrae siliceae, 31,1 t. argillaceae, 18,7 calcariae, 1,9 natri, 2,2 oxydi ferri, 1,6 oxydi mangani, 0,6 aquae. (Poggend. Ann., Vol. XLIX. 1840. p. 540.)

Appendix ad tribum Amphibolitarum epidotoideorum.

1. Bucklandites. (*Bucklandit; Levy. Skotin; Br.*) Species ambigua, Arendalensis, cum qua crystalli Epidoti nigri confundebantur.
2. Withamites. (*Withamit; Brewster.*) Affinis Epidotae. Varietas carminea et flava.

Ordo X.

SCLEROLITHI.

Sklerolithe.

(*Edelsteine und Quarze. Hartsteine. Gemmae. Gemmen.*)

I. SCLEROLITHI GRANATOIDEI.

Granatartige Sklerolithe.

(*Granatoide.*)

(Pond. sp. = 3,2 — 4,3.)

1. Idocrasius. (Idokras.)

Spec. 1. **Idocrasius dystomus.**
Dystomer Idokras.
Vesuvian; W. Pyramidaler Granat; M. Idocrase; H.

Var. 1. Id. d. nobilis. (*Edler d. Idokras.*)
a. Id. d. n. flavus. (*Gelber e. d. I.*)
b. Id. d. n. viridis. (*Grüner e. d. I.*)
c. Id. d. n. cyaneus. (*Himmelblauer e. d. I.*)
Cyprinus. Cyprin; Berzelius.

Digitized by Google

d. Id. d. n. violaceus. (*Violetter e. d. I.*) Auctore A. Sismonda 7,1 cent. oxydi mangani continens.

e. Id. d. n. fuscus. (*Brauner e. d. I.*)

Var. 2. Id. d. vulgaris. (*Gemeiner d. Idokras.*)
Egeran. Loboit. Frugardit. Wilsit. Gökumit.

Appendix. 1. Xanthites. (*Xanthit; Thomson.*) Auctoribus Shepardo et Beckio Idocrasio adnumerandus, licet Mathero auctore diversa structura crystallina praeditus. (Silliman americ. Journ., Vol. XLVI. 1844. p. 25.)

2. Zurlites. (*Zurlit.*) Idocrasio similis; (prismate quadratico, pond. spec. = 3,27, etc.) At alia quoque mineralia, ut Breithauptio auctore Harmotomi quaedam varietas, sub illo nomine descripta sunt.

2. Granatus. (Granat.)

Dodekaedrischer Granat; M. Grénat; H. Garnet.

Spec. 1. **Granatus nobilis.**
Edler Granat.
Almandin; Karsten. Orientalischer Granat. Carfunkel. Rother Eisengranat. (Chem: Eisenthongranat.) Almandine; Beudant. *Ἄνθραξ*; Theophr. Carbunculus ex parte; Plin.

Spec. 2. **Granatus hyacinthinus.*)**
Hyacinthrother Granat.
Kanelstein; W. Kanelgranat. Hyacinthgranat. Hessonit. Romanzowit; Nordenskiöld. (Chem: Thonkalkgranat.) Essonite; H. Cinnamonstone; Jameson.

Spec. 3. **Granatus vulgaris.**
Gemeiner Granat.
(Chem: Thonkalk-, Eisenkalk-, Talkthon- et Thonmangangranat.)

Var. 1. Gr. v. fuscus. (*Brauner gem. Gr.*)

a. Gr. v. f. polysiderus. (*Polysiderischer br. g. Gr.*)
Brauner Eisengranat.
Omnium Granati vulg. fusci varietatum maximam oxydi ferri copiam (25—30 c.) continens.

---

*) Vox *hyacinthinus* (*ὑακίνθινος*) significat 1) colorem rubrum floris Hyacinthi veterum, 2) colorem gemmae Hyacinthi.

Digitized by Google

b. **Gr. v. f. Aplomus.** (*Aplomgranat.*)

Aplom. Eisenkalkgranat. Aplome; H.

c. **Gr. v. f. Colophonites.** (*Kolophongranat.*)

Kolophonit. Pechgranat. Thonkalkgranat.

d. **Gr. v. f. Rothhoffites.** (*Rothhoffischer br. g. Gr.*)

Rothhoffit.

e. **Gr. v. f. manganicus.** (*Mangangranat.*)

Thonmangangranat. Mangankiesel; Karsten. Spessartine ex parte; Beudant.

Var. 2. **Gr. v. niger.** (*Schwarzer gem. Gr.*)

a. **Gr. v. n. polysiderus.** (*Polysiderischer schw. g. Gr.*)

Eisenreicher Melangranat. Melanit. Pyrenäit. Schwarzer Eisengranat. (Eisenkalkgranat.)

b. **Gr. v. n. magnesius.** (*Magnesicher schw. g. Gr.*)

Talkreicher Melangranat. Talkgranat; Hausm. Schwarzer Granat von Arendal. (Talkthongranat.)

Var. 3. **Gr. v. viridis.** (*Grüner gem. Gr.*)

Grossular. (Thonkalkgranat.)

Allochroites (*Allochroit; d'Andrada*) appellari solet aut Granatus vulgaris subviridis vel ex viridi ravidus solidus, aut Granatus, qui cum Epidoto et Calcite intime mixtus esse videtur.

Var. 4. **Gr. v. flavus.** (*Gelber gem. Gr.*)

Succingranat. Succinit. Topazolith. Polyadelphit; Thomson. (Thonkalkgranat.)

Var. 5. **Gr. v. albidus.** (*Weisser gem. Gr.*)

Leukogranat. (Thonkalkgranat.)

Spec. 4. **Granatus chromifer.**

Chromgranat.

Uwarowit; Hess. (Chromkalkgranat.)

Auctore A. Erdmanno compositus ex 36,93 cent. terrae siliceae, 31,63 calcariae, 5,68 t. argillaceae, 1,54 magnesiae, 21,84 oxydi chromii, 1,96 oxydi ferri. $\dot{C}a^3 \dddot{S}i + \dddot{C}r \dddot{S}i$. (Berzelius, Jahresber. etc. Jahrg. XXIII, Tüb. 1843. p. 291.) Cum qua analyseos summa analysis a Komoneno instituta proxime congruit. (Poggend. Ann., Vol. LIX. 1843. p. 488 sqq.)

Appendix. Knebelites. (*Knebelit; Döbereiner.*) Maximam ferri et mangani oxydati copiam continens; Granato fortasse subjungendus.

Digitized by Google

3. **Pyropus.** (Pyrop.)

Spec. 1. **Pyropus cryptocrystallus.**
Kryptocrystallinischer Pyrop.

Pyrop; Karsten. Hexaedrischer Granat; M. Böhmischer Granat.

Pyropus cr. Elieensis comitatus scotici Fife auctore Connello constat ex 42,8 cent. terrae siliceae, 28,65 t. argillaceae, 10,67 magnesiae, 4,78 calcariae, 9,31 oxydi ferri, 0,25 oxyduli mangani, cum vestigio oxydi chromii. (Lond., Edinb. etc. philos. Mag., 3 Ser., Vol. XXVIII. 1846. p. 152.)

4. **Staurolithus.** (Staurolith.)

Spec. 1. **Staurolithus granatoides.**
Granatartiger Staurolith.

Staurolith; Karsten et W. Prismatoidischer Granat; M. Granatit. Staurotide; H. (Basler Taufstein.)

Novissimae Staurolithi gr. analyses, a Jacobsone, Rosalesio et Marignaco institutae docuere, praeter 47—56 cent. terrae argillaceae, 27—33 t. siliceae et 15—19 oxydi ferri etiam 0,3—2,4 centesimas magnesiae huic speciei immixtas esse. (Poggend. Ann., Vol. LXII. 1844. p. 420. 425. Ann. de Chim. et de Ph., 3 Sér., T. XIV. 1845. p. 50.) Staurolithus gr. Gotthardtensis auctore Marignaço compositus est ex 53,34 cent. t. argillaceae, 28,17 t. siliceae, 17,41 oxydi ferri, 0,31 oxydi mangani, 0,72 magnesiae. (Ann. de Chim. etc. l. c.) Staurolithus gr. Bretagnensis et Uralensis auctore J. Jacobsone majorem terrae siliceae copiam (38,6—39,2 c.) continent iidemque minori sunt pondere specifico (= 3,55). (Poggend. Ann., Vol. LXVIII. 1846. p. 414 sq.)

5. **Helvinus.** (Helvin.)

Spec. 1. **Helvinus dystomus.**
Dystomer Helvin.

Helvin; W. Tetraedrischer Granat; M.

Var. 1. H. d. flavus. (*Gelber d. H.*)

Var. 2. H. d. hypochlorus. (*Gelbgrüner d. H.*)

II.

II. SCLEROLITHI TURMALINOIDEI.

Turmalinartige Sklerolithe.

(*Schörlartige Sklerolithe. Turmalinoïde.*)

(Pond. sp. = 3,0 — 3,3.)

6. Turmalinus. (Turmalin.)

Spec. 1. Turmalinus electricus.
Elektrischer Turmalin.

Schörl; W. Rhomboedrischer Turmalin; M. Aschenzieher. Tourmaline; H.

Subsp. 1. Turmalinus electr. dyschoneutus. (*Dyschoneutischer el. T.*)

Edler Turmalin et electrischer Schörl ex parte.

Difficile igne liquescens nec extumescens.

Var. 1. T. el. d. limpidus. (*Wasserheller d. el. T.*)

Achroit; R. Hermann.

Turmalinus el. d. limpidus Elbanus auctore R. Hermanno continet: 42,88 c. terrae siliceae, 44,08 t. argillaceae, 5,34 acidi boracis, 3,12 natri, 2,19 lithii, 0,45 magnesiae, 0,26 oxydi mangani, 1,66 acidi carbonis, sed caret oxydo ferri. (Erdm. Journ., Vol. XXXV. 1845. p. 243.)

Var. 2. T. el. d. rubicundus. (*Rother d. el. T.*)

Rubellit. Siberit. Apyrit. Daourit.

Turmalinus el. d. rubicundus Mursinskensis auctore R. Hermanno compositus est ex 39,7 c. terrae siliceae, 40,3 t. argillaceae, 6,6 acidi boracis, 7,9 natri, 3,0 lithii, 0,16 magnesiae et 2,3 oxyduli mangani, sed caret et oxydo ferri et acido carbonis. (Loc. cit.) — Turmalinus el. d. limpidus et T. el. d. rubicundus (Achroïtes et Rubellites, Herm.) non species peculiares habendae sunt, ut Hermannus existimat, sed varietates.

Subsp. 2. Turmalinus electr. euchoneutus. (*Euchonischer el. T.*)

Edler Turmalin et elektrischer Schörl ex parte. Gemeiner Turmalin.

Facillime igne liquescens et valde extumescens.

Var. 1. T. el. euch. nobilis. (*Edler euch. el. T.*)

a. T. el. euch. n. caeruleus. (*Blauer e. euch. el. T.*)

Indicolith.

Digitized by Google

b. T. el. euch. n. viridis. (*Grüner e. euch. el. T.*)
Varietas sibirica Beresitae innata auctore R. Hermanno his partibus continetur: 40,53 c. terrae siliceae, 31,77 t. argillaceae, 11,78 acidi boracis, 2,09 lithii, 6,43 magnesiae, 3,65 oxyduli ferri, 1,16 oxydi chromii, 0,9 oxyduli mangani et 1,66 acidi carbonis. (Loc. cit. p. 242.)

c. T. el. euch. n. fuscus. (*Brauner e. euch. el. T.*)
Varietas Mursinskensis auctore R. Hermanno constat ex 37,8 c. terrae siliceae, 30,56 t. argillaceae, 9,89 acidi boracis, 3,09 natri, 0,5 lithii, 1,42 magnesiae, 12,07 oxyduli ferri et 1,66 acidi carbonis. (Loc. cit.)

d. T. el. euch. n. dichromaticus. (*Dichromatischer e. euch. el. T.*)

Var. 2. T. el. euch. vulgaris. (*Gemeiner euch. el. T.*)
Gemeiner Schörl; W. Stangenschörl. Aphricit. Picotit. (?)

7. Axinites. (Axinit.)

Spec. 1. Axinites electricus.
Elektrischer Axinit.

Thumerstein; W. Thumit. Prismatischer Axinit; M. Glasschörl; Widenmann. Glasstein. Afterschörl. Axinite; H.

Var. 1. A. el. fuscus. (*Brauner el. A.*)
Comp. ch. Axinitae el. fusci Oisansensis auctore Rammelsbergio: 43,67 cent. terrae siliceae, 15,63 t. argillaceae, 20,67 calcariae, 9,45 oxydi ferri, 3,04 oxydi mangani, 1,7 magnesiae, 0,63 kalii, 5,6 acidi boracis. (Poggend. Ann., Vol. L. 1840. p. 371.) Cum hac varietate Axinites el. Treseburgensis et Miascensis compositione chemica fere prorsus congruunt. (Loc. cit.)

Var. 2. A. el. ravus. (*Grauer el. A.*)

Var. 3. A. el. trichromaticus. (*Trichromatischer el. A.*)
Ab Haidingero altius exploratus. (Poggend. Ann., Vol. LXIII. 1844. p. 147.)

Digitized by Google

III. SCLEROLITHI ZIRCONIOIDEI.

Zirkonartige Sklerolithe.

(Zirkonioide.)

(Pond. sp. = 4,4 — 4,6.)

8. Zirconius. (Zirkon.)

Spec. 1. **Zirconius dystomus.**

Dystomer Zirkon.

Zirkon et Hyacinth; W. Pyramidaler Zirkon; M. Zircon; H. Jargon.

Var. 1. Z. d. nobilis, s. Hyacinthus. (*Edler d. Zirkon s. Hyacinth.*)

Hyacinth; W.

Var. 2. Z. d. vulgaris. (*Gemeiner d. Zirkon.*)

Zirkon; W.

a. Z. d. v. albidus. (*Weisser g. d. Z.*)
b. Z. d. v. ravidus. (*Grauer g. d. Z.*)
c. Z. d. v. viridis. (*Grüner g. d. Z.*)
d. Z. d. v. luteus. (*Gelber g. d. Z.*)
e. Z. d. v. rutilus. (*Rother g. d. Z.*)
Multae Labradorii versicoloris variarum regionum analyses chemicae a Segetho, Abichio, Forchhammero, Svanbergio et Kersteno novissimis temporibus institutae sunt. Labradorius v. ravus Egersundensis auctore Kersteno continet: 52,4 cent. terrae siliceae, 29,8 t. argillaceae, 11,7 calcariae, 3,9 natri, 0,6 kalii, 0,1 magnesiae, 1,0 oxydi ferri. (Poggend. Ann., Vol. LXIII. 1844. p. 128.) Labradorius v. Tunensis Sueciae auctore Svanbergio: 52,2 terrae siliceae, 26,8 t. argillaceae, 9,2 calcariae, 4,7 natri, 1,8 kalii, 1,0 magnesiae, 1,3 oxydi ferri. (Erdm. Journ., Vol. XXXI. 1844. p. 167.)

Var. 3. L. v. fuscus. (*Brauner f. L.*)

Labradorius v. subfuscus Aetnaeus auctore Abichio compositus est ex 53,5 cent. terrae siliceae, 26,4 t. argillaceae, 9,5 calcariae, 4,1 natri, 0,2 kalii, 1,7 magnesiae, 1,6 oxydi ferri, 0,9 oxyduli mangani. (Poggend. Ann., Vol. L. 1840. p. 350.) Labradorius v. fuscus Egersundensis auctore Kersteno comp. ex 52,3 c. terrae siliceae, 29,0 t. argillaceae, 11,69 calcariae, 4,01 natri, 0,5 kalii, 0,15 magnesiae, 1,95 oxydi ferri. (Loc. cit. Vol. LXIII. p. 126 sq.)

Labradorius v. Hitteröensis auctore Th. Scheerero splendorem avanturinoidem refert, ut lapis, qui dicitur,

Digitized by Google

solaris (Orthoclasii et Oligoclasii varietas), inclusis minutissimis squamulis crystallinis Haematitae metalloidei ortum. (Poggend. Ann., Vol. LXIV. 1845. p. 162 sq.)

Appendix. 1. *Mournites. (*Mournit; Thomson.*) Labradorio similis, sed alcalinis partibus carens.

2. *Silicites. (*Silicit; Thomson.*) Propter similitudinem Quarzi sic dictus, compositione chemica autem Labradorio versic. similis, excepto natro, quo caret. Thomsone auctore ex 54,8 cent. terrae siliceae, 28,4 t. argillaceae, 12,4 calcariae, 4,0 oxyduli ferri, 0,6 aquae compositus est. (Erdm. Journ., Vol. XXXI. 1844. p. 496.)

3. *Couzeranites. *Couzeranit; J. v. Charpentier.*) Auctore Francisco de Kobell Labradorio subjungendus esse videtur.

11. Oligoclasius. (Oligoklas.)

Spec. 1. Oligoclasius vulgaris.

Gemeiner Oligoklas.

Oligoklas; Br. Natrumspodumen; Berzelius. Antitomer Feldspath; M.

$\dot{Na}\dddot{Si} + \dddot{Al}\dddot{Si}^2$.

Var. 1. O. vulg. albidus. (*Weisser gem. O.*)
Haec varietas eaque Flensburgensis Schleswigii auctore Ae. Wolffio ex 64,3 cent. terrae siliceae, 22,3 t. argillaceae, 9,0 natri, 4,1 calcariae composita est. (Erdm. Journ., Vol. XXXIV. 1845. p. 235.)

Var. 2. O. vulg. ravidus. (*Grauer gem. O.*)

Var. 3. O. vulg. rutilus. (*Blassrother gem. O.*)
Colore carneo prope Kimito in Finnia repertus, (olim pro Albite vulgari habitus) et auctore Chodnewo compositus ex 63,8 cent. terrae siliceae, 21,31 t. argillaceae, 12,04 natri, 1,98 kalii, 0,47 calcariae; oxydo ferri carens. (Poggend. Ann., Vol. LXI. 1844. p. 390 sq.) Oligoclasius vulg. et

carneo et albidulo colore idemque avanturinoides, qui lapis solaris (*Sonnenstein*, *Sonnenoligoklas*) dicitur, innatis auctore Scheerero minutissimis Haematitae metalloidei squamulis crystallinis, prope Tvedestrand et Hitteröen effossus, ac Tvedestrandensis auctore Scheerero compositus est ex 61,3 c. terrae siliceae, 23,7 t. argillaceae, 8,5 natri, 4,7 calcariae, 1,3 kalii, 0,4 oxydi ferri. (Loc. cit., Vol. LXIV. 1845. p. 153 sqq.)

Var. 4. O. vulg. subviridis. (*Grüner gem. O.*)
Comp. ch. Oligoclasii vulgaris flavide-viridis prope Fribergam Saxoniae reperti auctore Kersteno: 61,9 c. terrae siliceae, 23,5 t. argillaceae, 7,2 natri, 2,4 kalii, 2,8 calcariae, 0,5 oxydi ferri, 0,2 magnesiae. (Erdm. Journ., Vol. XXXVII. 1846. p. 173.)

Praeter viros supra nominatos etiam Berzelius, Francis, Rosales, Bodemannus et Rammelsbergius novas analyses chemicas Oligoclasii vulgaris protulerunt. (Poggend. Ann., Vol. LII. 1841. p. 470 sq. Vol. LV. 1842. p. 110 sq. Rammelsb. Repert., H. I. 1845. p. 104.)

Spec. 2. ***Oligoclasius Havnefjordensis,**
Havnefjordischer Oligoklas.

$$\left.\begin{matrix}\dot{Ca}\\ \dot{Na}\end{matrix}\right\}\dddot{Si}+\dddot{Al}\dddot{Si}^2.$$

Crystalli tabellaeformes plagiorhomboidei; pond. spec. = 2,72; compositio chemica auctore Forchhammero: 61,2 cent. terrae siliceae, 23,3 t. argillaceae, 8,8 calcariae, 2,6 natri, 0,36 magnesiae et 2,4 oxydi ferri. (Erdm. Journ., Vol. XXX. 1843. p. 389 sq.)

Appendix. *Loxoclasius. (*Loxoklas; Br.*) Auctore Plattnero chemicam compositionem cum Oligoclasio vulgari, auctore Breithauptio structuram crystallinam rectangulam cum Orthoclasio communem habet. Partes ejus chemicae auctore Plattnero hae sunt: 63,5 cent. terrae siliceae, 20,29 t.

Digitized by Google

argillaceae, 8,76 natri, 3,03 kalii, 3,22 calcariae, 0,67 oxydi ferri, 1,23 aquae et fluoris cum t. silicea. (Poggend. Ann., Vol. LXVII. 1846. p. 420.)

12. Albites. (Albit.)

Spec. 1. Albites vulgaris.

Gemeiner Albit.

Albit; Berzelius. Tetartin; Br. Kieselspath; Hausm. Natrumfeldspath. Cleavelandit; Brooke. Tetartoprismatischer Feldspath; M.

Var. 1. A. vulg. lamellosus. (*Blättriger gem. A.*)

a. A. v. l. albus. (*Weisser bl. g. A.*)
Albitae vulgaris lam. albi crystalli Schreiberhauenses Silesiae auctore Lohmeyero compositi sunt ex 68,7 cent. terrae siliceae, 18,7 t. argillaceae, 10,9 natri, 1,2 kalii, 0,4 calcariae, 0,1 magnesiae, 0,9 oxydi ferri. Analysium quatuor Albitae vulgaris lam. nivei prope Snarum effossi a Scheidthauero institutarum media summa haec est: 66,1 c. t. siliceae, 18,9 t. argillaceae, 9,2 natri, 0,5 kalii, 3,7 calcariae, 0,2 magnesiae, 0,3 oxydi ferri. (Poggend. Ann., Vol. LXI. 1844. p. 393 sqq.)

b. A. v. l. ravidus. (*Grauer bl. g. A.*)

c. A. v. l. flavidus. (*Gelblicher bl. g. A.*)

d. A. v. l. rutilus. (*Blassrother bl. g. A.*)

Var. 2. A. vulg. granulosus. (*Körniger gem. A.*)
(Zuckerstein.)

Hujus varietatis eaeque niveae in monte St. Gotthardt repertae compositio chemica auctore Brooksio haec est: 67,4 cent. terrae siliceae, 19,2 t. argillaceae, 6,2 natri, 6.7 kalii, 0,3 calcariae, 0,6 magnesiae. Quam varietatem, quum multo majori kalii copia distinguatur, ex Albite vulgari et ex Orthoclasio dyschoneuto mixtam esse Brooksius opinatur. (Poggend. Ann., Vol. LXI. 1844. p. 392 sq.)

Auctore Abichio Trachytae collis rhenanae Drachenfels nominatae maxima pars ex varietate

Albitae vulgaris leptochondria sive cryptocrystalla constat, quae minorem, (5,6) natri copiam cum 3,7 cent. kalii, ac praeterea 70,2 t. siliceae, 17,3 t. argillaceae, 2,0 calcariae, 0,4 magnesiae et 0,8 oxydi ferri continet. (Poggend. Ann., Vol. L. 1840. p. 341 sq.)

Var. 3. A. vulg. radiatus. (*Strahliger gem. A.*)

Var. 4. A. vulg. solidus. (*Dichter gem. A.*)

Dichter Feldspath, W. et Feldstein ex parte. Hälleflinta ex parte. Feldspath compacte ex parte; H. Adinole; Beud. Petrosilex ex parte.

Lapidis Hälleflinta a Suecis nominati maximam partem praecipue ex Albite vulgari cum Quarzi particulis conjuncto constare analyses chemicae a Svanbergio institutae docuerunt, quum reliqua pars ex Albite, Orthoclasio et Quarzo commixta esse videatur (Erdm. Journ., Vol. XXXI. 1844. p. 163 sqq.); quam mixtionem (modo dictam), caeterum praevalente Albite, etiam massae Porphyrii Halensis inesse Aemilius Wolffius testatur. (Loc. cit., Vol. XXXIV. 1845. p. 193.)

Spec. 2. Albites Periclinus.

Perikliner Albit.

Periklin; Br. Heterotomer Feldspath; M.

Var. 1. A. Periclinus lamellosus. (*Blättriger perikl. A.*) Albites Periclinus lam. atypotus ex Gneisso Fribergensi auctore Kersteno his partibus chemicis continetur: 67,92 cent. terrae siliceae, 18,5 t. argillaceae, 8,01 natri, 2,55 kalii, 0,85 calcariae, 0,5 oxydi ferri, 0,42 magnesiae. (Erdm. Journ., Vol. XXXVII. 1846. p. 174.)

Var. 2. A. Periclinus granulosus. (*Körniger perikl. A.*)

Appendix. *Baulites. (*Baulit; Forchhammer.*) Compositione chemica Albitae affinis, maxime autem cum quadam Hälleflintae varietate congruens. Auctore Forchhammero compositus est ex 76,6 cent. terrae siliceae, 11,5 t. argillaceae, 3,7 natri, 3,2 kalii, 0,2 magnesiae, 0,6 oxyduli ferri. Mechanice

mixtus esse videtur. (Erdm. Journ., Vol. XXX. 1843. p. 391.)

13. *Andesinus. (Andesin.)

Spec. 1. **Andesinus amphilogus.**

Amphiloger Andesin.

Andesin; Abich.

Haec species habitu Albitae vulgari, compositione chemica Oligoclasio vulgari simillima, auctore Abichio composita est ex 59,6 cent. terrae siliceae, 24,3 t. argillaceae, 6,5 natri, 1,1 kalii, 5,7 calcariae, 1,1 magnesiae, 1,6 oxydi ferri. (Poggend. Ann., Vol. LI. 1840. p. 528 sq.) Quum Abichius crystallos Andesini ex uno tantum Trachytae (Andesitae) Marmatoensis fragmento desumtos examinaverit, quicunque in ceteris quoque Americae Trachytis continentur crystalli Albitae similes, eos Andesino adnumerandos esse colligi nequit.

14. Rhyacolithus. (Rhyakolith.)

Spec. 1. **Rhyacolithus dysdiagnostus.***)

Dysdiagnostischer Rhyakolith.

Rhyakolith; G. Rose. Glasiger Feldspath ex parte; W. Sanidin ex parte Empyrodoxer Feldspath; M. Eisspath ex parte; W.

15. Orthoclasius. (Feldspath s. Orthoklas.)

Spec. 1. **Orthoclasius dyschoneutus.**

Dyschonischer Feldspath.

Feldspath; W. Orthoklas; Br. Orthotomer Feldspath; M. Petrolith. Petrilith. Feldspath; H. Orthose; Beud. Feldspar; Phill.

Var. 1. O. d. hyaloides. (*Glasartiger d. Feldspath.*)

Glasiger Feldspath ex parte; W. Sanidin ex parte. Eisspath (?) ex parte. Glanzspath (?); Nose.

Orthoclasius d. hyaloides ex Trachite insulae Ischiae auctore Abichio compositus est ex 66,73 cent. terrae siliceae, 17,36 t. argillaceae, 8,27 kalii, 4,1 natri, 1,23 calcariae, 1,2 magnesiae, 0,81 oxydi ferri. (Poggend. Ann., Vol. L. 1840. p. 142.)

---

*) *Δυςδιάγνωστος, difficile distinguendus.* Nam species supra dicta facile cum Orthoclasio dyschoneuto hyaloide confunditur.

Digitized by Google

Necrolithus (*Nekrolith; Brocchi.* Sasso-morto) appellatus est lapis in nonnullis regionibus Italiae repertus, praecipue ex Orthoclasio d. hyaloide constans.

Var. 2. O. d. nobilis. (*Edler d. Feldspath.*)
Adular; Plni. Opalisirender Feldspath. Mondstein. Girasole. Feldspath nacré.

Orthoclasius d. nobilis Gotthardtensis auctore Abichio continet: 65,69 c. terrae siliceae, 17,97 t. argillaceae, 13,99 kalii, 1,01 natri, 1,34 calcariae. (Poggend. Ann., Vol. LI. 1840. p. 529 sq.) Idem auctore Avdeëffo: 65,75 terrae siliceae, 18,69 t. argillaceae, 14,17 kalii, 1,44 natri. (Loc. cit. Vol. LII. 1841. p. 467.)

Valencianites (*Valencianit; Br.*) haud dubie ad Orthoclasium d. nobilem referendus est.

Var. 3. O. d. vulgaris. (*Gemeiner d. Feldspath.*)
Gemeiner Feldspath; W. Pegmatolith et Mikroklin; Br.

a. O. d. v. lamellosus. (*Blättriger gem. d. F.*)

aa. O. d. v. lam. unicolor. (*Einfarbiger bl. g. d. F.*)

α. Albus. (*Weisser.*)

Comp. ch. Orthoclasii d. vulgaris lamellosi albi ex Gneisso Fribergensi auctore Kersteno: 65,52 c. terrae siliceae, 17,61 t. argillaceae, 12,98 kalii, 1,7 natri, 0,94 calcariae, 0,8 oxydi ferri. (Erdm. Journ., Vol. XXXVII. 1846. p. 172 sq.)

β. Ravidus. (*Grauer.*)

γ. Viridis. (*Grüner.*)
Amazonenstein.

Orthoclasius d. vulg. lamellosus viridis Uralensis auctore Abichio compositus est ex 65,32 c. terrae siliceae, 17,89 t. argillaceae, 13,05 kalii, 2,81 natri, 0,10 calcariae, 0,09 magnesiae, 0,3 oxydi ferri, 0,19

oxydi mangani. (Berzelius Jahresber. Jahrg. XXIII. Tüb. 1843. p. 283.)

δ. Flavidus. (*Gelber.*)

ε. Rubicundus. (*Rother.*)

Orthoclasius d. vulg. lamellosus Bavenoensis colore carneo auctore Abichio continet: 65,72 cent. terrae siliceae, 18,57 t. argillaceae, 14,02 kalii, 1,25 natri, 0,34 calcariae. (Poggend. Ann., Vol. LI. 1840. p. 531.) Orthoclasius d. vulg. lam. Schwarzbachensis sudetorum colore carneo auctore Avdeëffo: 67,2 c. terrae siliceae, 20,03 t. argillaceae, 8,85 kalii, 5,06 natri, 0,21 calcariae, 0,31 magnesiae, 0,18 oxydi ferri. (Loc. cit. Vol. LII. 1841. p. 467.) Orthoclasius d. v. lam. ejusdem coloris auctore Krönero: 66,43 terrae siliceae, 17,03 t. argillaceae, 13,96 kalii, 0,91 natri, 1,03 calcariae, 0,49 oxydi ferri. (Loc. cit. Vol. LXVII. 1846. p. 422.)

ζ. Badius. (*Brauner.*)

bb. O. d. v. lam. versicolor. (*Farbenspielender bl. g. d. F.*)

Mikroklin; Br.

Murchisonites (*Murchisonit; Levy*) auctore Brooksio ab Orthoclasio d. vulg. lam. versicolore Frederikswärnensi nulla nota differt.

cc. O. d. v. lam. avanturinoides. (*Avanturinisirender bl. g. d. F.*)

Sonnenstein ex parte.

Eximia venustate praecipue ad ripam fluvii Sselenka in Sibiria repertus. (Schriften der Petersb. Gesellsch. f. d. ges. Min., Vol. I. 1842. p. LII.) Innumera in hac varietate conspicua puncta aureo splen-

Digitized by Google

dore micantia non, ut in Oligoclasio vulg. avanturinoide, innatis squamulis crystallinis splendentibus, sed reflexo ex minutissimis totum lapidem penetrantibus rimulis lumine oriri verisimillimum est.

b. O. d. v. radiatus. (*Strahliger gem. d. F.*)

c. O. d. v. granulosus. (*Feinkörniger gem. d. F.*)

d. O. d. v. solidus. (*Dichter gem. d. F.*)

Dichter Feldspath ex parte; W. Feldstein ex parte. Felsit. Petrosilex ex parte. Fienbergit. (?) Feldspath compacte ex parte; H.

Saepius cum minutissimis Quarzi particulis, fortasse etiam cum Albite vulgari solido commixtus ideoque frequens confusio orta est.

Variolites. (*Variolit. Blatterstein.*) Globuli Orthoclasii d. vulgaris solidi (?), Dioritae vel Aphanitae innati.

App. 1. Phonolithus. (*Phonolith. Klingstein.*) Chemica natura varians. Alius est natura Orthoclasii d. vulgaris solidi, sed cum aliena quadam materia (zeolithica?) arctissime coalitus atque confusus, ut Phonolithus Aussigensis, cujus pars insolubilis (in acidis) auctore Herm. Meyero ex 61,18 c. terrae siliceae, 19,36 t. argillaceae, 14,65 kalii, 1,78 calcariae et 1,77 magnesiae constat, (Poggend. Ann., Vol. XLVII. p. 191 sq.) et Phonolithus montis Teplitzensis, cujus pars insolubilis (sive Orthoclasius) auctore Prettnero ex 60,8 c. terrae siliceae, 15,2 t. argillaceae, 17,8 kalii cum natro, 3,8 oxydi ferri et 2,3 calcariae composita est. (Loc. cit. Vol. LXII. 1844. p. 151.) Alius magis affinis est Albitae vulgari solido, ut Phonolithus Whister-

schauensis, cujus pars insolubilis auctore Redtenbachero 66,96 c. terrae siliceae, 18,93 t. argillaceae, 6,32 natri, 4,93 kalii, 1,49 magnesiae, 0,34 calcariae continet et Redtenbachero ipsi ex Orthoclasio et Albite mixtus esse videtur. (Loc. cit. Vol. XLVIII. 1839. p. 491 sq.)

2. Cornites. (*Kornit; Br. Muschliger Hornstein von Kohren* olim nominatus.) Analysi chemica non exploratus.

3. Basaltites. (*Basaltit; C. v. Raumer. Porphyrit.*) Massa hujus saxi praevalens Orthoclasio d. vulgari solido simillima, sed immixtis particulis alienis inquinata, interdum tamen fere mera et ex leptochondria in solidam transiens. Chemica compositio nondum cognita.

4. Basaltes. (*Basalt.*) Massa praevalens hujus saxi, remotis Augitae et Olivini crystallis et granulis inclusis, massis saxorum modo dictorum affinis, ex parte petrolithoidea, quae plerumque non pro Orthoclasio, sed propter calcariae immixtae copiam pro Labradorio habetur, et ex Augite Pyroxeno vulgari et Magnete vulgari constat, cum quibus interdum etiam pars mesotypica conjuncta est. Conferantur analyses recentissimae Basaltae a Sindingio, Girardo et Ebelmeno institutae. (Poggend. Ann., Vol. XLVII. 1839. p. 182 sqq. Vol. LIV. 1841. p. 558 sqq.

Digitized by Google

Erdm. Journ., Vol. XXXVII. 1846. p. 260 sqq.) Ceterum analyses Basaltae multa obscuritate laborant, et quae inde de vera Basaltae natura a nonnullis chemicis colliguntur, magis minusve dubia sunt.

Appendix. 1. *Erythrites. (*Erythrit; Thomson.*) Habitu Orthoclasio d. vulgari simillimus, compositione chemica minori kalii copia (7,5) et 3,2 cent. magnesiae distinctus, ceterum auctore Thomsone 67,9 c. terrae siliceae, 18,0 t. argillaceae, 2,7 oxydi ferri, 1,0 calcariae, 1,0 aquae continens. (Lond., Edinb., Dubl. philos. Mag., 3 Ser., Vol. XXII. 1843. p. 188. Erdm. Journ., Vol. XXXI. 1844. p. 494.)

2. *Peristerites. (*Peristerit; Thoms.*) Rubellus, versicolor, pond. sp. = 2,56. Compositio chem. auctore Thomsone: 72,3 c. t. siliceae, 7,6 t. argillaceae, 15,0 kalii, 1,3 calcariae, 1,0 magnesiae, 1,2 oxydi ferri et mangani, 0,5 aquae. (Lond., Edinb., Dubl. philos. Mag. 3 Ser., Vol. XXII. p. 189. Erdm. Journ., Vol. XXXI. p. 405 sq.)

3. *Leelites. (*Leelit; Clarke.* Petrosilex; H.) Orthoclasio d. vulg. solido affinis, sed Thomsone auctore multo minori (6,5) terrae argillaceae copia distinctus. (Thoms. Outl. of Min., Vol. I. p. 301.)

4. *Necronites. (*Nekronit; Hayden.*) Dubia species petrolithoidea.

16. Anorthites. (Anorthit.)

Spec. 1. Anorthites dyschoneutus.

Dyschonischer Anorthit.

Anorthit; G. Rose. Christianit; Monticelli et Covelli. Anorthotomer Feldspath; M.

Digitized by Google

Anorthites dyschoneutus Vesuvii auctore Abichio continet: 44,12 cent. terrae siliceae, 35,12 t. argillaceae, 19,02 calcariae, 0,56 magnesiae, 0,25 kalii, 0,27 natri. (Poggend. Ann., Vol. LI. 1840. p. 519 sq.) Anorthites in insula Faröerensi Husasell nuper repertus auctore Forchhammero: 47,63 terrae siliceae, 32,52 t. argillaceae, 17,05 calcariae, 1,3 magnesiae, 0,29 kalii, 1,09 natri, 2,01 oxydi ferri. (Erdm. Journ., Vol. XXX. 1843. p. 388.)

Appendix. 1. *Indianites. (*Indianit; Bournon.*) Anorthitae naturam habere dicitur.

2. *Biotinus. (*Biotin.* Biotina; *Monticelli* et *Covelli.*) Auctore Brooksio ad Anorthiten referendus.

3. *Hyposclerites. (*Hyposklerit; Br.*) Dubia species et dubii loci.

17. Petalites. (Petalit.)

Spec. 1. Petalites anisotomus.

Anisotomer Petalit.

Petalit; d'Andrada. Prismatischer Petalinspath; M. Berzelit.

Auctore Roberto Hagen Petalites anisotomus Utönensis compositus est ex 77,81 cent. terrae siliceae, 17,19 t. argillaceae, 2,69 lithii et 2,3 natri. (Poggend. Ann., Vol. XLVIII. 1839. p. 361 sq.)

Appendix ad tribum Pyromachitarum petrolithoideorum.

1. *Zygadites. (*Zygadit; Br.*) Crystallis plagiorhombicis (?), tabulaeformibus, semper didymis, pondere spec. = 2,51; auctore Plattnero ex terra silicea, t. argillacea et lithio compositus, Zellerfeldensis Hercyniae. (Poggend. Ann., Vol. LXIX. 1846. p. 441 sq.)

2. *Castor. (*Kastor; Br.*) — Novissime species duas mineralium dubias fabulosis Castoris et Pollucis nominibus Breithauptius exornavit. Quorum alter, Castor, forma et structura crystallina (plagiorhombica) Pliniano simillimus describitur, duritie autem, pondere

Digitized by Google

specifico et compositione chemica Petalitae maxime affinis; (fortasse pseudocrystallus). Auctore Plattnero ex 78,01 cent. terrae siliceae, 18,85 t. argillaceae, 2,76 lithii cum exiguis kalii et natri particulis, et 0,61 oxydi ferri compositus est. $\dot{L}\dddot{S}i^3 + 2\dddot{A}l\dddot{S}i^3$. (Poggend. Ann., Vol. LXIX. 1846. p. 437 sq. 443 sq.) Elbanus.

3. *Pollux; Br. Crystallis maxime indistinctis, habitu Castori quidem similis, sed pondere specifico majori (= 2,87) et compositione chem. longe diversus; auctore Plattnero ex 46,2 c. terrae siliceae, 16,39 t. argillaceae, 16,5 kalii, 10,47 natri cum particula lithii, 0,86 oxydi ferri et 2,32 aquae compositus. (Loc. cit. p. 445 sq.) Comes Castoris. — Haec duo mineralia, quae inter se plurimum differunt et quorum alterum juxta alterum in systemate collocari non debet, non quasi geminos conjungere licet, quod nominibus iis impositis singularibus Breithauptius significare voluit.

III. PYROMACHITAE PREHNITOIDEI.

Prehnitartige Pyromachite.

(*Prehnitoide.*)

(Pond. sp. = 2,9 — 3,3.)

18. Spodumenus. (Spodumen.)

Spec. 1. Spodumenus tabulatus.

Schaaliger Spodumen.

Spodumen; d'Andrada. Prismatischer Triphanspath; M. Triphane; H.

Var. 1. Sp. t. albidus. (*Weisser sch. Sp.*)

Var. 2. Sp. t. subviridis. (*Blassgrüner sch. Sp.*)

Comp. ch. Spodumeni tabulati subviridis Utönensis auctore Roberto Hagen: 66,1 cent. terrae siliceae, 27,0 t. argillaceae, 3,8 lithii, 2,6 natri, 0,3 oxydi ferri. (Poggend. Ann., Vol. XLVIII. 1839. p. 371.)

Digitized by Google

19. Prehnites. (Prehnit.)

Spec. 1. Prehnites axotomus.

Axotomer Prehnit.

Prehnit; W. Koupholite; Delamétherie. Kupholit. Axotomer Triphanspath; M. Chiltonit.

Var. 1. Pr. ax. lamellosus. (*Blättriger ax. Br.*)

a. Albidus. (*Weisser.*)

b. Flavidus. (*Gelblicher.*)

c. Viridis. (*Grüner.*)

Comp. ch. Prehnitae axot. (lamellosi?) ex valle Radauensi in saltu Hercynio auctore Amelungio: 44,7 cent. terrae siliceae, 18,0 t. argillaceae, 27,0 calcariae, 1,0 natri, 7,3 oxydi ferri, 4,1 aquae. (Rammelsb. Repert. H. II. p. 118. Poggend. Ann., Vol. LXVIII. 1846. p. 512.)

Var. 2. Pr. ax. radiatus et fibrosus. (*Strahlig-faseriger ax. Pr.*)

a. Viridis. (*Grüner.*)

b. Albidus. (*Weisser.*)

Comp. ch. Prehnitae axot. fibrosi Niederkirchensis auctore E. Riegelio: 47,45 c. terrae siliceae, 24,0 t. argillaceae, 21,84 calcariae, 3,85 oxydi ferri, 2,0 aquae. (Jahrb. f. prakt. Pharmacie, Vol. XIII. 1846. p. 2. Erdm. Journ., Vol. XL. 1847. p. 317.)

Var. 3. Pr. ax. solidus. (*Dichter ax. Pr.*)

Comp. ch. Prehnitae ax. solidi Niederkirchensis auctore Riegelio 47,4 c. terrae siliceae, 24,75 t. argillaceae, 23,3 calcariae, 3,0 oxydi ferri, 2,0 aquae. (Loc. cit.)

Appendix. *Gibsonites. (*Gibsonit; Haid.?*) Hartfieldensis Angliae. Prehnitae axotomo similis esse dicitur. (Dufrénoy, Traité de Min., Tom. III. 1847. p. 761.)

20. Saussurites. (Saussurit.)

Spec. 1. Saussurites dysdiaclastus.*)

Dysdiaklastischer Saussurit.

---

*) Δυςδιάκλαστος, qui difficile dirumpitur.

Digitized by Google

Jade; de Saussure maj. Saussurit; de Saussure jun. Dyskolit; Br. Prismatischer Adiaphanspath; M. Felsit; Klaproth. (Magerer Nephrit. Bitterstein.) Lémanite; Delamétherie. Feldspath tenace; H.

Var. 1. S. d. granulosus. (*Körniger d. S.*)
a. Albidus. (*Weisser.*)
b. Ravidus. (*Grauer.*)

Var. 2. S. d. solidus. (*Dichter d. S.*)
a. Albidus.
b. Ravidus.
c. Subviridis.

Huic speciei diversi lapides adscripti sunt, quorum subtiliori exploratione opus est.

Appendix. „Granatoides" (*Granatoid*), a Beckmanno sic dictus, Tyrolensis, Saussuritae affinis esse creditur.

Appendix ad tribum Pyromachitarum prehnitoideorum.

1. *Erlanus. (*Erlan; Br.*) Species quidem dubia, sed non cum saxo quodam mechanice mixto confundenda, cui nonnulli idem nomen imposuerunt.

2. *Canaanites. (*Canaanit; Dana.*) Duritie paulo ultra Orthoclasii duritiem, pondere spec. = 3,07; auctore Dana compositus ex 53,36 cent. terrae siliceae, 25,8 calcariae, 10,38 t. argillaceae, 1,62 magnesiae, 4,5 oxyduli ferri, 4,0 acidi carbonis. Connecticutensis. (Alger, Mineralogy etc. p. 89. Leonh. Jahrb. f. Min., 1845. p. 203.)

IV. PYROMACHITAE NEPHRITOIDEI.

Nephritartige Pyromachite.

(*Nephritoide.*)

(Pond. sp. = 2,8 — 3,2.)

21. Nephrites. (Nephrit.)

Spec. 1. **Nephrites dysdiaclastus.**

Dysdiaklastischer Nephrit.

Gemeiner Nephrit; W. Untheilbarer Adiaphanspath; M. Jade nephritique; H. Céraunite. Yu sive Ju Sinensium. (?)

Digitized by Google

De vera Nephritae dysdiaclasti orientalis compositione chemica analysibus a Rammelsbergio, Schaffhäutlio et Damourio institutis edocti sumus, quarum summa haec est: Auctore Rammelsbergio: 54,68 cent. terrae siliceae, 26,01 magnesiae, 16,06 calcariae, 2,15 oxyduli ferri, 1,39 oxyduli mangani, 0,68 aquae. $\dot{Ca}\dddot{Si}+\dot{Mg}^3\dddot{Si}^2$. (Poggend. Ann., Vol. LXII. 1844. p. 148.) Auctore Schafhäutlio: 58,91 c. terrae siliceae, 22,42 magnesiae, 12,28 calcariae, 1,32 t. argillaceae, 2,69 oxydi ferri, 0,91 oxydi mangani, 0,79 kalii, 0,25 aquae. (Wöhl. u. Lieb. Ann. d. Chem., Vol. XLVI. 1843. p. 338.) Auctore Damourio: 58,46 t. siliceae, 27,09 magnesiae, 12,06 calcariae, 1,15 oxyduli ferri. (Ann. de Chim. et de Phys., 3 Sér., T. XVI. 1846. p. 469 sq.)

22. Batrachites. (Batrachit.)

Spec. 1. Batrachites dystomus.

Dystomer Batrachit.

Batrachit; Br.

Comp. ch. Batrachitae dystomi Tyrolensis auctore Rammelsbergio: 37,7 c. terrae siliceae, 35,4 calcariae, 21,8 magnesiae, 3,0 oxyduli ferri et 1,27 aquae. $\dot{Ca}^3\dddot{Si}+\dot{Mg}^3\dddot{Si}$. (Poggend. Ann., Vol. LI. 1840. p. 446.)

23. *Monradites. (Monradit.)

Spec. 1. Monradites norwegicus.

Norwegischer Monradit.

Monradit; A. Erdmann.

A. Erdmanno auctore compositus est ex 56,17 c. terrae siliceae, 31,63 magnesiae, 8,56 oxyduli ferri et 4,0 aquae. (Berzelius Jahresber., Jahrg. XXIII. 1843. p. 269.) Hac compositione Picrosmino similis, a quo ceterum multo majori duritie et pondere specifico (= 3,26) differt ideoque Nephritae magis affinis est. Structura crystallina, duritie et pondere specifico etiam ad Chrysolithum accedit, a quo aqua, quam continet, et multo majori ter-

Digitized by Google

terrae siliceae ac minori magnesiae copia distinctus est.

24. *Boltonites. (Boltonit.)

Spec. 1. Boltonites eutomus.

Eutomer Boltonit.

Boltonit; Shepard. Bisilicate of Magnesia; Thomson.

V. PYROMACHITAE SODALITHOIDEI.

Sodalithartige Pyromachite.

(*Sodalithoide.*)

(Pond. sp. = 2,3 — 2,8.)

25. Eudialytus. (Eudialyt.)

Spec. 1. Eudialytus grönlandicus.

Grönländischer Eudialyt.

Eudialit; Stromeyer. Rhomboedrischer Almandinspath; M.

Comp. ch. Rammelsbergio auctore: 47,6 — 49,9 cent. terrae siliceae, 15,4 — 16,8 zirconiae, 11,8 — 12,2 natri, 0,65 — 0,7 kalii, 11,1 calcariae, 6,9 — 10,5 oxyduli ferri, 0,2 — 1,1 oxyduli mangani, 1,19 chlori, 0,3 — 1,2 aquae. $2\left.\begin{matrix}\dot{C}a^3\\ \dot{N}a^3\end{matrix}\right\}\dddot{S}i^3 + \dddot{Z}r\,\dddot{S}i^2$. (Poggend. Ann., Vol. LXIII. 1844. p. 145.)

In terra zirconia Eudialyti gr. Svanbergius novam terrae speciem reperit yttriae similem. (Loc. cit. Vol. LXVI. 1845. p. 309 sqq.)

26. Elaeolithus. (Eläolith.)

Spec. 1. Elaeolithus eutomus.

Eutomer Eläolith.

Peritomer Eläinspath; M.

Var. 1. E. eut. roseus. (*Rosenrother eut. E.*)

Cancrinit; G. Rose.

Comp. ch. Elaeolithi eut. rosei Ilmenici auctore Gustavo Rose: 40,6 c. terrae siliceae, 28,3 t. argillaceae, 17,4 natri, 7,0 calcariae, 0,57 kalii, 6,1 acidi carbonis cum exigua chlori particula. $\dot{N}a^3\dddot{S}i + 3\dddot{A}l\,\dddot{S}i + \dot{C}a\ddot{C}$. (Poggend. Ann., Vol. XLVII. 1839. p. 379 sq. Vol. LIII. 1841. p. 145 sq.)

Digitized by Google

Var. 2. E. eut. citrinus. (*Gelber eut. E.*)

Gelber Cancrinit von Lichtfield; Whitney.

Haec varietas novissime reperta auctore Whitneyo continet: 37,42 c. terrae siliceae, 27,7 t. argillaceac, 20,98 natri, 0,67 kalii, 3,91 calcariae, 0,86 oxydi mangani, 8,77 acidi carbonis et aquae. (Loc. cit. Vol. LXX. 1847. p. 444.)

Var. 3. E. eut. subviridis. (*Grüner eut. E.*)

Gelblichgrüner Cancrinit von Lichtfield; Whitney.

Compositione chemica auctore Whitneyo cum Elaeolitho eut. citrino congruens, excepta paulo majori (5,26) calcariae copia. (Loc. cit. p. 446.)

Var. 4. E. eut. albidus s. vesuvinus. (*Weisser s. vesuvischer eut. E.*)

Davyn; Monticelli et Covelli. Cavolinit ex parte; Montic. et Covelli. Astroit; Br.

Spec. 2. **Elaeolithus dystomus.**

Dystomer Eläolith.

Nephelin et Fettstein; W. Rhomboedrischer Eläinspath; M.

Var. 1. E. dyst. nobilis. (*Edler dyst. E.*)

Nephelinus. Nephelin; W. Sommit; Delamétherie. Pseudosommit; Fleuriau de Bellevue. Pseudonephelin. Beudantin; Monticelli et Covelli. Nephéline; H.

Elaeolithus dyst. nobilis montis Sommae auctore Th. Scheerero compositus est ex 44,03 c. terrae siliceae, 33,28 t. argillaceae, 15,44 natri, 4,94 kalii, 1,77 calcariae, 0,65 oxydi ferri, 0,21 aquae. (Poggend. Ann., Vol. XLIX. 1840. p. 365.)

Var. 2. E. dyst. vulgaris. (*Gemeiner dyst. E.*)

Fettstein; W. Eläolith (Oelstein); Klaproth. Pierre grasse. Pinguite.

a. Albidus. (*Weisser.*)

Comp. ch. Elaeolithi d. vulg. albidi Ilmenici auctore Francisio: 44,3 c. terrae siliceae, 33,25 t. argillaceae, 16,02 natri, 5,82 kalii, 0,32 calcariae, 0,07 magnesiae, 0,82 oxydi ferri. (Loc. cit. p. 364.)

b. Ravidus. (*Grauer.*)

c. Rutilus. (*Hellrother.*)

d. Badius. (*Brauner.*)

Digitized by Google

Comp. ch. Elaeolithi d. vulg. badii Fredrikswärnensis auctore Th. Scheerero: 45,55 c. terrae siliceae, 32,0 t. argillaceae, 16,09 natri, 5,02 kalii, 1,41 oxydi ferri, 0,78 aquae. (Loc. cit. p. 363.)

e. Viridis. (*Grüner.*)

Comp. ch. Elaeolithi d. vulg. viridis Fredrikswärnensis auctore Th. Scheerero: 45,31 c. terrae siliceae, 32,63 t. argillaceae, 15,95 natri, 5,45 kalii, 0,33 calcariae, 0,45 oxydi ferri, 0,6 aquae. (Loc. cit. p. 361.) — Colorem Elaeolithi d. vulgaris et badium et viridem a materia quadam organica originem ducere, Th. Scheererus opinatur. (Loc. cit. p. 380.)

f. Caeruleus. (*Blauer.*)

App. 1. *Phonites. (*Phonit.*) Elaeolitho dystomo vulgari similis esse dicitur.

2. *Lythrodes. (*Lythrodes; Karsten.*) Lapis dubiae speciei, atypotus, rubicundus, terram siliceam, argillaceam, calcariam, natrum et aquam continens; Fredrikswärnensis.

27. *Glaucolithus. (Glaukolith.)

Spec. 1. **Glaucolithus Baikalensis.**

Baikalischer Glaukolith.

Glaukolith; G. Fischer.

Compositione chemica, quantum innotuit, Labradorio versicolori affinis, habitu ac praecipue structura crystallina longe diversus. Iterata analysi chemica opus esse videtur.

28. Sodalithus.*) (Sodalith.)

Dodekaedrischer Amphigenspath; M. Alkalit ex parte; Br.

Spec. 1. **Sodalithus Lasurius.**

Lasurischer Sodalith.

Lasurius. Lasurstein; W. Armenischer Stein. (Ultramarin.) Lazulite; H. Outremer; Beud. Lapis Lazuli; Phill. Σάπφειρος; Theophr. et Sapphi-

*) *Sodalithi* nomen universo huic generi aptissimum esse duxi, quia omnes ejus species magnam natri (sodae) copiam continent.

Digitized by Google

rus; Plin (Utramque nomen haud dubie de Lasurio interpretandum.) Cyanus; (?) Plin.

Sodalithus Lasurius Varrentrappio auctore his partibus chemicis constat: 45,5 cent. terrae siliceae, 31,7 t. argillaceae, 3,5 calcariae, 9,1 natri, 5,9 acidi sulphurici, 0,9 sulphuris, 0,8 ferri, 0,4 chlori, 0,12 aquae. (Poggend. Ann., Vol. XLIX. 1840. p. 520.) — Principium coloris caerulei Lasurii in ferro sulphurato ei immixto positum esse, Varrentrappio et L. Elsnero auctoribus maxime probabile visum est. (Erdm. Journ., Vol. XXVI. 1842. p. 106 sq. Vol. XXXIV. 1845. p. 459 sq.)

Spec. 2. **Sodalithus Hauyni.**

Hauynischer Sodalith.

Hauynus. Hauyn; Neergard. Latialite; Gismondi et H.

Sodalithus Hauyni Andernachensis auctore Varrentrappio continet: 35,0 c. terrae siliceae, 27,4 t. argillaceae, 12,5 calcariae, 9,1 natri, 12,6 acidi sulphurici, 0,2 sulphuris, 0,17 oxydi ferri, 0,58 chlori, 0,6 aquae. (Poggend. Ann., Vol. XLIX. p. 519.) Sodalithus Hauyni montis Albani auctore Whitneyo: 32,44 c. t. siliceae, 27,75 t. argillaceae, 14,24 natri, 9,96 calcariae, 2,4 kalii, 12,98 acidi sulphurici. $\dot{Na}^3 \dddot{Si} + 3\dddot{\bar{Al}} \dddot{Si} + 2\dot{Ca} \dddot{Si}$. (Loc. cit. Vol. LXX. 1847. p. 440.)

Spec. 3. **Sodalithus Nosei.**

Nosischer Sodalith.

Nosinus. Nosin. Nosian; Klaproth. Spinellan; Nose.

Sodalithus Nosei Laachensis auctore Varrentrappio has partes ch. continet: 35,99 c. t. siliceae, 32,56 t. argillaceae, 17,83 natri, 1,11 calcariae, 9,17 acidi sulphurici, 0,04 oxydi ferri, 0,65 chlori, 1,84 aquae. (Poggend. Ann., Vol. XLIX. p. 517.) Idem auctore Whitneyo: 36,52 c. t. siliceae, 29,54 t. argillaceae, 23,12 natri, 1,09 calcariae, 7,66 acidi sulphurici, 0,44 oxydi ferri, 0,61 chlori, 1,37 aquae. (Loc. cit. Vol. LXX. 1847. p. 438.)

App. Ittnerites. (*Ittnerit; C. G. Gmelin.*) Nosino simillimus, praecipue aquae immixtae copia majori

Digitized by Google

distinctus; auctore W h i t n e y o compositus ex 35,69 c. t. siliceae, 29,14 t. argillaceae, 12,57 natri, 5,64 calcariae, 1,2 kalii, 4,62 acidi sulphurici, 1,25 chlori, 9,83 aquae. (Loc. cit. p. 443.)

Spec. 4. **Sodalithus vulgaris.**
Gemeiner Sodalith.
Sodalite; Thomson. Sodalith; Eckeberg et aliorum.

Var. 1. S. v. albidus. (*Weisser g. S.*)
Var. 2. S. v. ravidus. (*Grauer g. S.*)
Var. 3. S. v. viridis. (*Grüner g. S.*)
Var. 4. S. v. caeruleus. (*Blauer g. S.*)
Cancrinit.

Atypotus, structura crystallina distincta granatoedrica. A G u s t a v o R o s e descriptus. (Poggend. Ann., Vol. XLVII. 1839. p. 378.) — Non cum Cancrinite a Gustavo Rose nominato confundendus, qui est Elaeolithus eutomus roseus.*)

Sodalithus vulg. caeruleus novissimo tempore prope Lichtfield in provincia Mainensi Americae septentrionalis repertus, Sodalitho v. c. Ilmenico simillimus, auctore W h i t n e y o compositus est ex 37,3 c. terrae siliceae, 32,88 t. argillaceae inclusa oxydi ferri particula, 23,86 natri, 0,59 kalii et 6,97 chlori. $\dot{N}a^{3}\dddot{S}i + 3\dddot{\bar{A}}l\dddot{S}i + Na\bar{C}l$. (Poggend. Ann., Vol. LXX. 1847. p. 437.)

29. Leucites. (Leucit.)

Spec. 1. **Leucites cryptotomus.**
Kryptotomer Leucit.
Leucit; W. (Olim weisser Granat; Ferber.) Trapezoidaler Amphigenspath; M. Alkalit ex parte; Br. Amphigène; H.

Var. 1. L. cr. albus. (*Weisser kr. L.*)

Comp. ch. Leucitae cr. albi montis Sommae auctore A v d e ë f f o: 56,0 cent. terrae siliceae, 23,0 t. argillaceae, 20,4 kalii, 1,0 natri. (Poggend. Ann., Vol. LV. 1842. p. 108.)

---

*) Bene se habet, quod nomine *Cancrinitae* omnino carere possumus, quoniam mineralium, quibus hoc nomen impositum est, alterum Sodalithus vulg. caeruleus est, alterum Elaeolithus eutomus roseus. Ita sublato nomine tollitur confusio.

Digitized by Google

Var. 2. L. cr. ravidus. (*Grauer kr. L.*)
Var. 3. L. cr. rubellus. (*Blassrother kr. L.*)

Ordo XII.
ZEOLITHI.
Zeolithe.

(Pond. sp = 2,0—2,4.)

1. Analcimus. (Analcim.)

Spec. 1. Analcimus dystomus.
Dystomer Analcim.

Analcime; H. Analcim; W. (Olim Cubicit; W.) Hexaedrischer Kuphonspath; M.

Var. 1. A. d. albus. (*Weisser d. A.*)

Analcimus dystomus albus Brevigensis Norwegiae auctore Avdeëffo compositus est ex 55,16 cent. terrae siliceae, 23,55 t. argillaceae, 14,23 natri, 8,26 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LV. 1842. p. 109.) Analcimus d. albus Niederkirchensis auctore Riegelio ex 57,5 t. siliceae, 23,15 t. argillaceae, 5,63 calcariae, 6,45 natri, 0,1 oxydi ferri, 8,0 aquae. (Jahrb. für prakt. Pharm., Vol. XIII. 1846. p. 1.)

Var. 2. A. d. rubellus. (*Blassrother d. A.*)

Spec. 2. *Analcimus eutomus.
Eutomer Analcim.

Cuboit; Br.

Structura crystallina distincte-lamellosa cubica, pondere spec. = 2,24—2,28; comp. ch. auctore Henryo: 57,34 c. terrae siliceae, 22,58 t. argillaceae, 11,86 natri, 0,55 kalii, 0,35 calcariae, 9,00 aquae. Magnete innatus, in monte Blagodat Uralensi prope Kuschwinsk repertus. (G. Rose, Reise n. d. Ural etc., Vol. I. p. 347.)

Var. 1. A. e. albidus. (*Weisser eut. A.*)

Digitized by Google

Var. 2. A. e. ravidus. (*Grauer eut. A.*)
Var. 3. A. e. viridis. (*Grüner eut. A.*)

2. *Glottalithus. (Glottalith.)

Spec. 1. **Glottalithus polyhydrus.**
Polyhydrischer Glottalith.

Glottalith; Thomson.

3. Apophyllites. (Apophyllit.)

Spec. 1. **Apophyllites axotomus.**
Axotomer Apophyllit.

Ichthyophthalm; d'Andrada. (Fischaugenstein.) Ichthyophthalm et Albin; W. Pyramidaler Kuphonspath; M. Tesselit et Leucocyklit; Brewster. Apoklas; Br. (Olim Zeolithus lamellaris; Retzius.) Apophyllite; H.

Var. 1. A. ax. limpidus et albus. (*Wasserheller* et *weisser ax. A.*)

Albinus (Albin; W.), pars Apophyllitae ax. albi.

Comp. ch. Apophyllitae ax. limpidi Andreasbergensis auctore Rammelsbergio: 51,33 cent. terrae siliceae, 25,86 calcariae, 4,9 kalii, 1,28 fluoris et quaedam aquae copia (circiter 16 cent.) quam numeris non definivit. (Poggend. Ann., Vol. LXVIII. 1846. p. 507.)

Var. 2. A. ax. rubellus. (*Blassrother ax. A.*)
Var. 3. A. ax. luteus. (*Bräunlichgelber ax. A.*)
Var. 4. A. ax. viridis. (*Grüner ax. A.*)

Oxahverites. (Oxahverit; Brewster.)

4. Harmotomus. (Kreuzstein s. Harmotom.)

Spec. 1. **Harmotomus barytifer.**
Barytischer Kreuzstein.

Barytkreuzstein. Kreuzstein; W. (Olim Kreuzcrystall.) Paratomer Kuphonspath; M. Harmotome; H. Andreasbergolithe et Andréolithe; Delamétherie. Ercinite. (Hercynit.) Pierre de croix.

Spec. 2. **Harmotomus calcifer.**
Kalkhaltiger Kreuzstein.

Kalkkreuzstein. Kalkharmotom. Kaliharmotom. Phillipsit; Levy. Normalin; Br. Staurotyper Kuphonspath; M. Gismondine ex parte; Beudant. Zeagonit et Abrazit ex parte. Aricit. (?)

Harmotomus calcifer hibernicus auctore Connello has partes ch. continet: 47,35 cent. terrae siliceae, 21,8 t. argillaceae, 4,85 calcariae, 5,55 kalii, 3,7 natri, 16,96 aquae. (Edinb. new philos. Journ.,

Vol. XXXV. 1843. p. 375 sq.) Phillipsites, quem dicunt, Vesuvinus auctore Marignaco: 42,87 c. t. siliceae, 25,0 t. argillaceae, 9,2 kalii, 7,97 calcariae, 15,44 aquae. (Ann. de Chim. et de Ph., 3 Sér., Vol. XIV. 1845. p. 44.) Ad eandem varietatem, licet a Francisco de Kobell Gismondini nomine insignitam, referenda est analysis chemica ab hoc scriptore instituta, cujus summa haec est: 42,84 c. t. siliceae, 26,04 t. argillaceae, 7,7 calcariae, 5,76 kalii, 17,66 aquae. (Erdm. Journ., Vol. XVIII. 1839. p. 105 sq.)

App. 1. Gismondinus. (*Gismondin; Marignac.*) Vesuvinus; auctore Marignaco ab Harmotomo calcifero diversus, his partibus chemicis constat: 38,35 cent. terrae siliceae, 29,01 t. argillaceae, 13,95 calcariae, 2,79 kalii, 16,29 aquae. (Ann. de Chim. etc., 3 Sèr., Vol. XIV. 1845. p. 47.) Quanquam autem chemica compositione diversus, tamen speciei Harmotomi calciferi fortasse subjungendus est.

2. Exstat etiam lapis Vesuvinus, eodem Gismondini nomine ac simul nomine Zeagonitae appellatus, sed multo majori duritie (dur. Quarzi) insignis nec igne liquescens. Hic a Gismondino supra nominato omnino diversus, sed non satis cognitus. Utrum Zeagonites (*Zeagonit*) a Gismondio ipso primum sic nominatus, (*Abrazit; Breislak*), nec distincte descriptus, ad unum alterumve lapidem Gismondini nomine insignitum pertineat necne, non liquet.*)

3. Morveniten (*Morvenit*) Strontianensem Damourius et Descloizeaux ad Harmotomum

*) *Gismondius* Zeagoniten describens (Leonh. Taschenb. f. Min. XI., p. 164) duarum specierum crystallos respexisse videtur, quia Zeagonitae notas inesse refert, quae sibi repugnare videntur. Dicit enim, Zeagoniten duritie Chalcedonium superare, qua nota ab Harmotomo prorsus differt, eundemque acido nitrico in liquorem gelatinosum solvi, qua nota cum Harmotomo congruit. Ita *Gismondius* ipse confusionis de Zeagonitae natura inter mineralogos ortae auctor fuisse putandus est.

Digitized by Google

calciferum pertinere opinantur, quamvis majori terrae siliceae et minori t. argillaceae copia ab eo differat. (Ann. des mines, 4 Sér., T. IX. 1846. p. 336 sqq.)

5. ***Faujasites.** (Faujasit.)

Spec. 1. **Faujasites Brisgaviensis.**

Breisgauischer Faujasit.

Faujasit; Damour.

Var. 1. F. Br. albidus. (*Weisser Br. F.*)

Comp. ch. Faujasitae Br. albidi auctore Damourio: 49,36 cent. terrae siliceae, 16,77 t. argillaceae, 5,0 calcariae, 4,34 natri, 22,5 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LVIII. 1843. p. 663 sqq.)

Var. 2. F. Br. badius. (*Brauner Br. F.*)

6. **Cuboicites.** (Cuboicit.)

Spec. 1. **Cuboicites vulgaris.**

Gemeiner Cuboicit.

Chabazie; Bosc d'Antic. Chabasie; H. Chabasit. Schabasit; W. (Olim Würfelzeolith; W.) Cuboicit; Weiss. Rhomboedrischer Kuphonspath; M.

Subsp. 1. Cuboicites vulg. calomorphus.*) (*Kalomorpher gem. Cuboicit.*)

Var. 1. C. v. c. albidus. (*Weisser k. g. C.*)

Comp. ch. Cuboicitae vulg. calomorphi albidi Aussigensis auctore Rammelsbergio: 48,36 c. terrae siliceae, 18,61 t. argillaceae, 9,73 calcariae, 2,56 kalii, 0,25 natri, 20,47 aquae. (Poggend. Ann., Vol. XLIX. 1840. p. 213 sq.) — Huc referenda est varietas a Berzelio *Mesolin* nominata, paulo majorem natri copiam continens.

Var. 2. C. v. c. rubellus. (*Hellrother k. g. C.*)

Comp. ch. Cuboicitae vulg. calom. novae Scotiae colore carneo auctore Rammelsbergio: 52,14 c. terrae siliceae, 19,14 t. argillaceae, 7,84 calcariae, 0,71 natri, 0,98 kalii, 19,19 aquae. (Rammelsb. Repert., H. II. 1845. p. 34.)

Var. 3. C. v. c. flavus. (*Gelber k. g. C.*)

Acadiolith; Alger et Jackson.

---

*) Propter crystallorum formas elegantes, nitidas sic dictus.

Digitized by Google

Haec varietas nova Scotiae auctore Thomsone composita est ex 52,4 c. terrae siliceae, 12,4 t. argillaceae, 11,6 calcariae, 2,4 oxydi ferri, 21,6 aquae. (Lond. Edinb. etc. philos. Mag., Vol. XXII. 1843. p. 192. Erdm. Journ., Vol. XXXI. 1844. p. 499 sq.)

Subsp. 2. Cuboicites vulg. phacoïdes. (*Phakoidischer gem. Cuboicit.*)

Phacolithus. Phakolith; Br.

Comp. ch. Phacolithi Leipensis Bohemiae auctore Rammelsbergio: 46,46 c. terrae siliceae, 21,45 t. argillaceae, 10,45 calcariae, 1,29 kalii, 0,95 natri, 19,4 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LXII. 1844. p. 149.)

Spec. 2. **Cuboicites Levyi.**

Levyischer Cuboicit.

Levynus. Levyn; Brewster. Makrotyper Kuphonspath; M.

Spec. 3. **Cuboicites Gmelini.**

Gmelinischer Cuboicit.

Gmelinites. Gmelinit; Brewster. Heteromorpher Kuphonspath; M. Sarcolithe; Vauquelin. Sarkolith. Hydrolithe; de Drée.

Var. 1. C. Gm. oligokalinus. (*Oligokalinischer Gm. C.*)

a. Albus. (*Weisser.*)

b. Rubellus. (*Fleischrother.*)

Comp. ch. Cuboicitae Gmelini oligokalini Glenarmensis auctore Rammelsbergio: 46,398 c. terrae siliceae, 21,085 t. argillaceae, 3,672 calcariae, 7,295 natri, 1,604 kalii, 20,412 aquae. (Poggend. Ann., Vol. XLIX. 1840. p. 215 sqq.)

Var. 2. C. Gm. pliokalinus. (*Pliokalinischer Gm. C.*)

Herschelit; Levy.

Auctore Damourio compositus est ex 47,39 c. terrae siliceae, 20,9 t. argillaceae, 0,38 calcariae, 8,33 natri, 4,39 kalii, 17,84 aquae. (Ann. de Chim. et de Ph., 3. Sér., T. XV. 1845. p. 99.)

Appendix. Ledererites. (*Ledererit.*) Ad Cuboiciten Gmelini pertinere dicitur.

Spec. 4. **Cuboicites Haydeni.**

Haydenischer Cuboicit.

Haydenit; Cleaveland.

Digitized by Google

Rhomboedro paulo obtusiore quam ceterarum Cuboicitae specierum, colore fusce-flavo; auctore Delessio compositus ex 49,5 c. terrae siliceae, 23,5 t. argillaceae et oxydi ferri (oxydi ferri circiter 6 cent.), 2,7 calcariae, 2,5 kalii, 21,0 aquae. (Revue scientif. et industr., T. XXV. p. 107. Millon et Reizet Annuaire de Chimie etc. 1847. p. 279 sq.)

7. Laumontites. (Laumontit.)

Spec. 1. Laumontites fragilis.

Zerbrechlicher Laumontit.

Lomonit; W. Diatomer Kuphonspath; M. Eutomzeolith; Br. Laumontite; H.

Var. 1. L. fr. lamellosus. (*Blättriger z. L.*)

Comp. ch. Laumontitae fr. lamellosi auctoribus Delffsio et de Babo: 52,3 c. terrae siliceae, 22,3 t. argillaceae, 12,0 calcariae, 14,2 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LIX. 1843. p. 339.)

Var. 2. L. fr. terreus. (*Erdiger z. L.*)

Appendix. Leonhardites (*Leonhardit; Blum*) nulla nota essentiali a Laumontite fragili differt. Angulus prismatis = 96° 30′ dubius est, quia auctore Blumio ipso fieri non poterat, ut crystallos subtiliter metiretur. Auctore Delffsio ex 55,0 c. terrae siliceae, 24,36 t. argillaceae, 10,5 calcariae, 12,3 aquae compositus est, quae compositio tam prope ad compositionem Laumontitae fr. accedit, ut inter utrumque differentia essentialis non sit. (Loc. cit. p. 336 sq. 339.)

8. Stilbites. (Stilbit.)

Spec. 1. Stilbites monotomus.

Monotomer Stilbit.

Blätterzeolith; W. Heulandit; Brooke. Euzeolith; Br. Hemiprismatischer Kuphonspath; M. Stilbite ex parte; H.

Var. 1. St. m. albus. (*Weisser m. St.*)

Huc referendus est Lincolnites. (*Lincolnit; Hitchcock.*)

Var. 2. St. m. rubicundus. (*Rother m. St.*)

Var. 3. St. m. badius. (*Brauner m. St.*)

Digitized by Google

Appendix. **Beaumontites.** (*Beaumontit; Levy.*) Baltimorensis. Compositione chemica Stilbitae monotomo similis; sed prismatis quadratici formam habere dicitur, nisi forsitan prisma rectangulum pro quadratico habitum est. Auctore Delessio ex 64,2 c. terrae siliceae, 14,1 t. argillaceae, 4,8 calcariae, 1,7 magnesiae, 1,2 oxydi ferri et 13,4 aquae compositus est. (Ann. de Chim. et de Ph., 3. Sér., T. IX. 1843. p. 385.)

9. Desminus. (Desmin.)

Spec. 1. Desminus eutomus.

Eutomer Desmin.

Strahlzeolith; W. Desmin; Br. Strahliger Stilbit. Prismatoidischer Kuphonspath; M. Stilbite ex parte; H. Stilbite et Hypostilbite; Beudant.

Var. 1. D. eut. albus. (*Weisser eut. Desmin.*)

Desminus eutomus albus Faröensis (Hypostilbites (?); Beud.) auctore Mössio has partes chemicas continet: 57,18 cent. terrae siliceae, 16,44 t. argillaceae, 7,74 calcariae, 1,11 natri, 0,32 kalii, 17,79 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LV. 1842. p. 114.) Desminus eut. albus crystallomorphus Faröensis auctore Delessio: 55,0 c. terrae siliceae, 16,7 t. argillaceae, 6,5 calcariae, 3,0 natri, 18,8 aquae. (Delesse, Thèse sur l'empl. de l'anal. ch. 1843. p. 14.)

Var. 2. D. eut. rutilus. (*Rother eut. D.*)

Var. 3. D. eut. flavus. (*Gelber eut. D.*)

Desminus eut. flavus radiatus (falso *strahliger Stilbit* nominatus) e regione circa Christianiam sitae auctore Münstero compositus est ex 58,53 c. terrae siliceae, 15,73 t. argillaceae, 7,02 calcariae, 3,07 alcalii cujusdam ac magnesiae, 0,5 oxydi ferri et 17,05 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LXV. 1845. p. 297.)

Var. 4. D. eut. badius. (*Brauner eut. D.*)

Appendix. 1. **Crocalites** (*Krokalit*) Fassaensis Desminus eutomus cum Quarzo commixtus esse videtur.

Digitized by Google

2. Sphaerostilbites. (Sphérostilbite; Beud.) Desmino eutomo affinis, sed species diversa esse dicitur.

10. *Epistilbites. (Epistilbit.)

Spec. 1. **Epistilbites desminoides.**

Desminoidischer Epistilbit.

Epistilbit; G. Rose. Epidesmin; Naumann. Diplogener Kuphonspath; M. Monophan; Br.

11. Brewsterites. (Brewsterit.)

Spec. 1. **Brewsterites eutomus.**

Eutomer Brewsterit.

Brewsterit; Brooke. Diagonit; Br. Megalogoner Kuphonspath; Haid.

12. Thomsonites. (Thomsonit.)

Spec. 1. **Thomsonites eutomus.**

Eutomer Thomsonit.

Var. 1. Th. eut. vulgaris. (*Gemeiner eut. Th.*)

Thomsonit; Brooke. Triploklas; Br. Orthotomer Kuphonspath; M.

(Natri, quod continet, copia, auctore Berzelio = 4,5.)

Var. 2. Th. eut. electricus. (*Elektrischer eut. Th.*)

Comptonites. Comptonit; Brewster. Mesole; Berzelius. Peritomer Kuphonspath; M.

Comp. ch. Comptonitae sic dicti, prope Kaaden in Bohemia reperti, auctore Rammelsbergio: 38,73 c. terrae siliceae, 30,84 t. argillaceae, 13,42 calcariae, 3,85 natri, 0,54 kalii, 13,09 aquae. (Poggend. Ann., Vol. XLVI. 1839. p. 288.)

Var. 3. Th. eut. Scouleri. (*Scouler'scher eut. Th.*)

Scoulerit; Thomson jun.

Forma globulorum, structura crystallina fibrosa; paulo minori duritie, minori terrae argillaceae et aquae majorique natri ($6^1/_3$ cent.) copia a duabus prioribus varietatibus differens. (Erdm. Journ., Vol. XXII. 1841. p. 425.)

Appendix. 1. Harringtonites (*Harringtonit; Thomson.*) solida varietas Thomsonitae eutomi Scouleri esse videtur.

2. Mesolithus Hauensteinensis (*Mesolith; Fuchs*) auctore Haidingero Thomsonites eutomus electricus est, Natrolithum

eutomum vulgarem tanquam nucleum involvens. Cetera mineralia, quibus nomen Mesolithi impositum est, non satis explorata sunt.

3. Zeolithus levissimus (*leichtester Zeolith; Br.*) Haidingero auctore Thomsonitae eutomo adnumerandus est.

13. Mesotypus. (Mesotyp.)

Spec. 1. **Mesotypus vulgaris.**
Gemeiner Mesotyp.

Faserzeolith (inclus. Nadelzeolith) et Mehlzeolith ex parte; W. Skolezit; Fuchs. Mesolith ex parte. Kalkmesotyp. Harmophaner Kuphonspath; M. Nadelstein. Weissian. Mesotype ex parte; H. Needlestone; Phill.

Var. 1. M. v. crystallomorphus et fibrosus. (*Crystallisirter* et *faseriger g. M.*)

a. Albidus. (*Weisser.*)
Comp. ch. Mesotypi vulgaris fibrosi albidi Niederkirchensis auctore Riegelio: 48,16 c. terrae siliceae, 23,5 t. argillaceae, 14,5 calcariae, 0,3 natri, 13,5 aquae. (Jahrb. f. prakt. Pharm., Vol. XIII. 1846. p. 1.)

b. Flavidus. (*Gelblicher.*)

c. Rubellus. (*Blassrother.*)

Var. 2. M. v. terreus. (*Erdiger g. M.*)
Mehlzeolith (?) ex parte; W.

positione praecipue exigua magnesiae copia distinctus est. Morinus enim compositum eum esse docuit ex 34,8 c. terrae siliceae, 10,2 t. argillaceae, 8,4 calcariae, 1,8 magnesiae, 18,0 oxyduli ferri, 5,0 oxydi mangani et 14,4 aquae. (Ann. des mines, Sér. 3., Vol. XVII. 1840.)

2. Thuringites. (*Thuringit; Br.*) Propter colorem, tactum pinguem aliasque notas generi Chloritae adnumerandus, sed majori pondere specifico et majori ferri, quod in se continet, copia distinctus ideoque intermedium inter Chloriten et Margarophyllitas sidericos locum obtinens. Auctore Rammelsbergio ex 22,41 c. terrae siliceae, 42,60 oxyduli ferri, 21,94 oxydi ferri, 1,16 magnesiae et 11,89 aquae compositus est. (Poggend. Ann., Vol. LXVIII. 1846. p. 515.)

3. Grengesites. (*Grengesit; Gl. Strahlige Grüneisenerde von Dalarne; Hisinger.*) Compositione chemica cum Chlorite polysidero ita congruit, ut vix ulla parte distingui possit. Sed majori pondere specifico praeditus est.

9. *Kaemmererites. (Kämmererit.)

Spec. 1. Kaemmererites leucoconius.

Weissstrichiger Kämmererit.

Kämmererit; Nordenskiöld.

Var. 1. K. l. violaceus. (*Violetter w. K.*)

Var. 2. K. l. subviridis. (*Grünlicher w. K.*)

Kaemmererites leucoconius Bisserskensis auctore Hartwallio mixtus est ex 37,0 c. terrae siliceae, 31,5 magnesiae, 14,2 t. argillaceae, 1,5 calcariae, 1,5 oxyduli ferri, 1,0 oxydi chromii, 13,0 aquae. (Schriften der St. Petersb. k. Gesellsch. f. Min., Vol. I. 1842. p. LXXX sqq. Berzelius Jahresber., Jahrg. XXIII. 1843. p. 266 sq.)

Digitized by Google

Appendix ad tribum Margarophyllitarum lipoideorum ponderosiorum.

1. *P a r a g o n i t e s. (*Paragonit; Schafhäutl.*) Gotthardtensis. Facie Talco vulgari schisto aequalis et pro eo habitus; pondere spec. = 2,77; auctore S c h a f h ä u t l i o compositus ex 50,2 cent. terrae siliceae, 35,9 t. argillaceae, 8,4 natri, 2,3 oxydi ferri, 2,45 aquae. (Wöhler u. Lieb. Ann. d. Chem., Vol. XLVI. 1843. p. 334 sq.)

2. *M a r g a r o d i t e s. (*Margarodit; Schafhäutl. Verhärteter Talk* ex parte.) In monte Greiner repertus. Pond. spec. = 2,87; comp. ch. auctore S c h a f h ä u t l i o: 47,0 c. terrae siliceae, 34,9 t. argillaceae, 1,9 magnesiae, 7,9 kalii, 4,0 natri, 1,5 oxydi ferri, 1,45 aquae. (Loc. cit. p. 336 sq.)

3. *D i d r i m i t e s. (*Didrimit* et *Amphilogit; Schafhäutl. Talkschiefer* ex parte.) In valle Zillerthal repertus. Pond. spec. = 2,75. Auctore S c h a f h ä u t l i o compositus ex 40,69 c. terrae siliceae, 18,15 t. argillaceae, 22,74 calcariae cum acido carbonico, 11,16 kalii, 1,2 natri, 5,25 oxydi ferri, 0,60 aqua. (Loc. cit. p. 330 sq.) Haec substantia non simplex esse, sed Calciten immixtam habere videtur.

4. *G i l b e r t i t e s. (*Gilbertit; Thomson.*) Placodes, albidus, pond. sp. = 2,64. Cornubicus.

5. *P i h l i t e s. (*Pihlit; Sefström.*) Fahlunensis. Inter Talcum et Micam intercedere dicitur. (Edinb. new philos. Journ., Vol. XXIX. 1840. p. 187.)

6. *D u m a s i t e s. (*Dumasit; Delesse.*) Ex lamellulis viridibus constans; Chloritae dichromatico similis. (Dufrénoy, Traité de Min., T. III. 1847. p. 790.) Melaphyro innatus in monte Vogeso.

Digitized by Google

II. MARGAROPHYLLITAE MICACEI.

Glimmerartige Margarophyllite.

(*Glimmer. Micae.*)

(Pond. sp. = 2,8 — 3,55, Ottrelitae 4,4.)

10. Mica. (Glimmer.)

Optisch zweiaxiger Glimmer. Rhombenglimmer. Glimmer et Lepidolith ex parte; W. Felsglimmer; Br. Phengit ex parte; Br. Hemiprismatischer Talkglimmer; M. Kaliglimmer; Naumann. Mica ex parte; H. (Katzenglimmer, Katzengold, Katzensilber. Russisches Glas.)

Spec. 1. **Mica vulgaris.**

Gemeiner Glimmer.

Magnesia nulla, lithio aut nullo aut perexigua lithii copia immixta.

Var. 1. M. v. oligosidera. (*Oligosiderischer g. Gl.*)

Lithium nullum continens.

a. Alba. (*Weisser ol. g. Gl.*)

b. Rava. (*Grauer.*)

c. Flava. (*Gelber.*)

d. Subfusca. (*Brauner.*)

e. Viridis. (*Grüner.*)

App. 1. Fuchsites. (*Fuchsit; Schafhäutl.*) In Alpi Schwarzenstein Tyrolensi repertus. Compositione chemica praeter oxydum chromii ei immixtum cum Mica vulgari oligosidera viridi congruit, sed minori duritie esse dicitur. Auctore Schafhäutlio his partibus continetur: 47,95 c. terrae siliceae, 34,45 t. argillaceae, 10,75 kalii, 0,37 natri, 3,95 oxydi chromii, 1,8 oxydi ferri, 0,42 calcariae, 0,71 magnesiae, 0,35 fluoris. (Wöhl. u. Lieb. Ann. d. Ch., Vol. XLIV. 1842. p. 40 sq.)

2. Damourites. (*Damourit; Delesse.*) Pontivyensis Galliae. Micae vulgari oligosiderae albae similis, a qua paulo minori duritie, aqua immixta et eo distinctus est, quod pars ejus in acido

sulphuris solvitur. Auctore Delessio ex 45,22 c. terrae siliceae, 37,86 t. argillaceae, 11,20 kalii et 5,25 aquae compositus est. Inde deducta est formula $3\dddot{\bar{A}l}\dddot{Si} + \dot{K}\dddot{Si}^3 + \dot{\bar{H}}$, quae est formula Micae vulgaris oligosiderae, excepta aqua. (Ann. de Chim. et de Ph., 3 Sér., Vol. XV. 1845. p. 248 sqq. Erdm. Journ., Vol. XXXVII. 1846. p. 61 sqq.)

Var. 2. M. v. polysidera. (*Polysiderischer g. Gl.*)
Zinnwaldit; Haidinger.

Magnam oxydi ferri, exiguam (1,6) lithii copiam et 6,3 cent. fluoris in se continens.

a. Albida.

b. Subviridis.

c. Nigricans.

Mica vulgaris polysidera albida Zinnwaldensis auctore Lohmeyero ex his partibus ch. composita est: 42,97 c. terrae siliceae, 20,59 t. argillaceae, 14,18 oxydi ferri, 0,83 oxyduli mangani, 10,02 kalii, 1,41 natri, 1,6 lithii, 6,35 fluoris, 0,21 chlori. (Poggend. Ann., Vol. LXI. 1844. p. 379 sq.)

App. Breithauptii *Rabenglimmer*, Altenbergensis, nigricans et viridis, varietas Micae vulgaris polysiderae esse videtur, satis magna oxydi ferri copia (19,7 c.) insignis.

Spec. 2. **Mica lepidotica.**

Lepidotischer Glimmer.

Lepidolith; W. Lillalith. Lithonglimmer maxima ex parte.

Lithii 2,8 — 4,9 cent., fluoris 1,4 — 10,4, magnesiam nullam in se continens.

Var. 1. M. l. asidera. (*Eisenfreier lepid. Gl.*)

a. Albida. (*Weisser eisenfr. l. Gl.*)

b. Rosea. (*Rosenrother eisenfr. l. Gl.*)

Mica lepidotica asidera rosea, quae illi Porcellanae, qua in officina Viennensi ad vasa conficienda utuntur, innata reperitur, auctore Regnaultio continet: 52,40 c. terrae si-

Digitized by Google

liceae, 26,80 t. argillaceae, 9,14 kalii, 4,85 lithii, 4,40 fluoris, 1,50 oxydi mangani. (Erdm. Journ., Vol. XVII. 1839. p. 488.) Mica lepidotica asidera rosea Mursinskensis Sibiriae auctore Rosalesio: 48,92 c. terrae siliceae, 19,03 t. argillaceae, 10,96 kalii, 2,77 lithii, 2,23 natri, 10,44 fluoris, 1,31 chlori, 5,59 oxydi mangani. (Poggend. Ann., Vol. LVIII. 1843. p. 154 sq.)

Var. 2. M. l. ferrifera. (*Eisenhaltiger lepid. Gl.*)

a. Flavida. (*Gelber eisenhaltiger l. Gl.*) Comp. ch. hujus varietatis auctore Regnaultio: 49,78 c. terrae siliceae, 19,88 t. argillaceae, 8,79 kalii, 4,15 lithii, 4,24 fluoris, 13,22 oxydi ferri. (Ann. des mines, Sér. 3. T. XIII. 1838. p. 151. Erdm. Journ., Vol. XVII. 1839. p. 488.)

b. Subviridis. (*Grüner eisenhaltiger l. Gl.*)

Spec. 3. Mica magnesifera.

Magnesischer (talkhaltiger) Glimmer.

Magnam magnesiae copiam in se continens, lithio carens.

Var. 1. M. m. viridis. (*Grüner magn. Gl.*)

Hujus varietatis ejusque Vesuvinae, prismaticae plagiorhombicae compositio chemica auctore Chodnewo haec est: 40,91 c. terrae siliceae, 17,79 t. argillaceae, 19,04 magnesiae, 11,02 oxydi ferri, 9,96 kalii, 0,3 calcariae. (Poggend. Ann., Vol. LXI. 1844. p. 381 sq.)

Var. 2. M. m. fusca. (*Brauner magn. Gl.*)

Mica magnesifera fusca e comitatu Jeffersonensi novi Yorki auctore Meitzendorffio composita est ex 41,3 c. terrae siliceae, 15,35 t. argillaceae, 28,79 magnesiae, 9,7 kalii, 0,65 natri, 1,77 oxydi ferri, 3,3 fluoris. (Poggend. Ann., Vol. LVIII. 1843. p. 157 sq.) Haec varietas et habitu et magna magnesiae, quam immixtam habet, copia Biotitae dyschoneuto fusco si-

Digitized by Google

similis, sed duobus duplicis refractionis luminis axibus praedita ideoque systematis crystallini rhombici et ad Micam magnesiferam fuscam referenda est.

Ad Micam magnesiferam fuscam etiam Phlogopites (*Phlogopit; Br.*) prope Antwerp in civitate New-York repertus pertinere videtur.

11. Biotites. (Biotit.)

Biotit;*) Hausm. Optisch-einaxiger Glimmer. Glimmer ex parte; W. Hexagonglimmer. Astrites s. Asterglimmer ex parte; Br. Rhomboedrischer Talkglimmer; M. Kaliglimmer ex parte. Magnesiaglimmer; Naum. Mica ex parte; H.

Spec. 1. Biotites dyschoneutus.

Dyschoneutischer Biotit.

Astrites meroxenus; Br. Meroxen; Haid.

Var. 1. B. d. fuscus. (*Brauner d. B.*)

Var. 2. B. d. viridis. (*Grüner d. B.*)

Comp. ch. Biotitae dyschoneuti viridis Vesuvini auctore Bromeisio: 39,75 cent. terrae siliceae, 24,49 magnesiae, 15,99 t. argillaceae, 8,78 kalii, 8,29 oxydi ferri, 0,87 calcariae, (Poggend. Ann., Vol. LV. 1842. p. 112 sq.)

Var. 3. B. d. niger. (*Schwarzer d. B.*)

Biotites dyschoneutus niger Bodenmaisensis, cujus tenuissimae lamellae colore prasino translucent, auctore Francisco de Kobell ex 40,86 c. terrae siliceae, 22,0 magnesiae, 15,13 t. argillaceae, 8,83 kalii, 13,0 oxydi ferri et 0,44 aquae constat. (Erdm. Journ., Vol. XXXVI. 1845. p. 309 sqq.)

Appendix. 1. *Chromglimmer; Schafhäutl.* Biotitae affinis, sed non elasticus esse dicitur, in acido hydrochlorico solubilis et oxydum chromii immixtum continens. Auctore Schafhäutlio ex 47,67 c. terrae siliceae, 15,15 t. argillaceae, 11,58 magnesiae, 7,27 kalii, 1,16 natri, 5,9 oxydi chromii, 5,72 oxydi ferri, 1,16 oxydi

*) Ratio, propter quam Hausmannus (Handb. d. Min., 2 Ausg., Vol. II. 1846. p. 674.) huic generi male adhuc nominato *Biotitae* nomen imposuit, omnino digna est, quae assensione nostra comprobetur.

Digitized by Google

mangani et 2,86 aquae compositus. Fuchsitae sic dicto innatus, in Alpi Schwarzenstein Tyrolensi repertus est. (Wöhler u. Lieb. Ann. d. Chem., Vol. XLVI. 1843. p. 325 sq.) — Num Margarophyllitarum genus a Breithauptio *Chromglimmer* nominatum, Pinzgauense cum Tyrolensi congruat, non magis liquet, quam quid de squamulis crystallinis micaceis judicandum sit, quibus Dufrénoy (Traité de Min., T. III. 1847. p. 756.) Chromochloritae (Chromochlorite) nomen imposuit.

2. Rubellanus. (*Rubellan. Rubellaner Asterglimmer*, Astrites trappicus; *Br.*) Aëre corrosus colorem mutat.

12. Seybertites.*) (Seybertit.)

Spec. 1. Seybertites chrysophanes.

Chrysophaner Seybertit.

Rhomboedrischer Perlglimmer; Haidinger.

Var. 1. S. chr. americanus. (*Amerikanischer chr. S.*)

Seybertit; Clemson. Clintonit; Dana. Holmit (Holmesit); Thomson. Chrysophan; Br.

Colore fusco; auctoribus Richardsone et Plattnero magnesiae 9 oxydi ferri 4,3—4,8 cent. immixtas in se continens.

Var. 2. S. chr. Uralensis. (*Uralischer chr. S.*)

Xanthophyllit; G. Rose.

Colore cereo; magnesiae 19,3, oxydi ferri 2,5 cent. in se continens.

Auctore Meitzendorfio varietatis hujus Slatoustensis compositio chemica haec est: 43,95 cent. terrae argillaceae, 16,3 t. siliceae, 19,31 magnesiae, 13,26 calcariae, 2,53 oxydi ferri, 0,6 natri, 4,3 aquae. (Poggend. Ann., Vol. LVIII. 1843. p. 165.)

13. *Diphanites. (Diphanit.)

*) Nomen princeps ideoque, quum nullo vitio laboret, ceteris praeferendum.

Spec. 1. **Diphanites Uralensis.**
Uralischer Diphanit.
Diphanit; Nordenskiöld.

Prismatibus hexagonis, Apatitae duritie, pondere spec. = 3,05; dichromaticus, in crystallorum planis lateralibus subcaeruleus, angulo in structura crystallina axotoma perdistincta recto spectatus colore albo; auctore de Jewreinoff ex 34,02 c. terrae siliceae, 43,33 t. argillaceae, 13,11 calcariae, 3,02 oxyduli ferri, 1,05 oxyduli mangani et 5,34 aquae compositus. (Erdm. Journ., Vol. XXXIX. 1846. p. 114 sq. Poggend. Ann., Vol. LXX. 1847. p. 554 sq.)

14. Margarites. (Margarit.)

Spec. 1. **Margarites Sterzingensis.**
Sterzingischer Margarit.
Margarit; Fuchs. Hemiprismatischer Perlglimmer; M.

Var. 1. M. St. albidus. (*Weisser St. M.*)
Var. 2. M. St. ravidus. (*Perlgrauer St. M.*)

15. *Brandisites. (Brandisit.)

Spec. 1. **Brandisites dichromaticus.**
Dichromatischer Brandisit.
Brandisit; *) Liebener. Disterrit; Br.

Crystallinus, crystallis prismaticis hexagonis, structura cryst. distincta axotoma, lamellis non flexibilibus, duritie inter Liparitae et Apatitae duritiem intermedia, pondere specif. = 3,015—3,062, splendore margaritoideo. In monte Montzoni vallis Fassa repertus. (Haidinger, Berichte üb. die Mitth. v. Fr. d. Naturwissensch. in Wien. Vol. I. Wien, 1847. p. 4 sq.)

Var. 1. B. d. rutile-ravidus. (*Röthlichgrauer d. Br.*)
Var. 2. B. d. prasinus. (*Lauchgrüner d. Br.*)

*) Quamquam probari nequit, mineralium generi cuidam merae gratulationis et celebrationis causa nomen viri alicujus nobilis imponi, qui, licet alioquin maxima laude dignus, de mineralogia non meritus est: tamen nomen mineralium generi supra dicto a Liebenero impositum nomini a Breithauptio prolato, cujus rationem nullam reddidit et quod ne recte quidem compositum esse videtur, omnino praeferendum est.

Digitized by Google

Secundum axem primariam spectatus colore badio, lumine reflexo c. prasino.

16. Pyrosmalithus. (Pyrosmalith.)

Spec. 1. Pyrosmalithus suecicus.

Schwedischer Pyrosmalith.

Pyrosmalith; Hausm. Pyrodmalith. Axotomer Perlglimmer; M. Fer muriaté; H.

Var. 1. P. s. viridis. (*Grüner schw. P.*)

Var. 2. P. s. badius. (*Brauner schw. P.*)

Annotatio. Omnium hujus ordinis generum Pyrosmalithus proxime accedit ad Uraniten ordinis Hydrochalcitarum.

17. Barytophyllites. (Barytophyllit.)

Spec. 1. Barytophyllites achoneutus.

Unschmelzbarer Barytophyllit.

Chloritspath; Fiedler. Chloritoid; Br.

Barytophyllites achoneutus Uralensis auctore Gerathewohl ex 45,17 cent. terrae argillaceae, 24,40 t. siliceae, 30,29 oxyduli ferri constat. (Erdm. Journ., Vol. XXXIV. 1845. p. 455 sq.) Aquae copia immixta Erdmanno non ad veram hujus speciei naturam pertinere videtur.

Appendix. 1. Sismondinus. (*Sismondin; Delesse.*) Barytophyllitae achoneuto simillimus, fortasse ei adnumerandus; sed in acidis solubilis et aquam continens. Auctore Delessio ex 43,2 c. terrae argillaceae, 24,1 t. siliceae, 23,8 oxyduli ferri cum vestigio acidi titanici, et 7,6 aquae compositus. (Ann. de Chim. et de Ph., 3 Sér., Tom. IX. 1843. p. 388.) In gneisso chloritico prope St. Marcel in Pedemontio repertus.

2. Masonites. (*Masonit; Jackson.*) Compositione chemica Barytophyllitae achoneuto similis; auctore Jacksone ex 33,20 c. terrae siliceae, 29,00 t. argillaceae, 0,21 magnesiae, 25,93 oxyduli

Digitized by Google

ferri, 6,00 oxydi mangani constans. Prope Natic in civitate Rhode-Island repertus. (Jackson, Report on the geol. and agricult. Survey of the State of Rhode-Island. 1840. p. 88.)

18. **Ottrelites.** (Ottrelit.)

Spec. 1. **Ottrelites belgicus.**
Belgischer Ottrelit.
Ottrelit; Descloizeaux et Damour. Karstin.

Auctore Damourio haec species composita est ex 43,52 cent. terrae siliceae, 23,8 t. argillaceae, 16,81 oxyduli ferri, 8,03 oxyduli mangani, 5,63 aquae. (Ann. des mines, 4 Sér., Tom. II. 1842. p. 357.)

Appendix. Phyllites (*Phyllit; Thomson*), Sterlingensis, auctore Algero ad Ottreliten belgicum referendus est.

III. MARGAROPHYLLITAE SIDERICI.

Siderische Margarophyllite.

(*Siderophyllite.*)

(Pond. sp. = 3,0 — 3,3; oxydi vel oxyduli ferri copia 33,9 — 75,5)

Quae in hac tribu continentur mineralia generibus quibusdam ordinis Metallolithorum affinia sunt ac intermedium inter utrumque ordinem et Margarophyllitarum et Metallolithorum locum obtinent.

19. ***Lepidomelanon.** (Lepidomelan.)

Spec. 1. **Lepidomelanon eudialytum.*)**
Eudialytischer Lepidomelan.
Lepidomelan; Hausmann.

Ex squamulis crystallinis (hexagonis?) constans, pondere spec. = 3,0; colore nigro, tenuissimarum lamellularum translucentium prasino; auctore Soltmanno compositus ex 37,40 c. terrae siliceae, 11,60 t. argillaceae, 27,66 oxydi ferri, 12,43 oxyduli ferri, 9,20 kalii, 0,60 magnesiae et cal-

---

*) *Εὐδιάλυτος*, qui (in acidis) facile solvitur.

cariae, 0,60 aquae. Prope Persbergam in Suecia repertus. (Erdm. Journ., Vol. XX. 1840. p. 258 sq.)

20. *Stilpnomelanon. (Stilpnomelan.)

Spec. 1. Stilpnomelanon silesiacum.
Schlesischer Stilpnomelan.

Var. 1. St. s. lamellosum. (*Blätteriger schl. St.*)
a. St. s. lam. megaphyllum. (*Grossblätteriger schl. St.*)
b. St. s. lam. microphyllum. (*Kleinblätteriger schl. St.*)

Var. 2. St. s. radiatum et fibrosum. (*Strahlig-blätteriger schl. St.*)

Var. 3. St. s. solidum. (*Dichter schl. St.*)

21. *Gillingites. (Gillingit.)

Spec. 1. Gillingites suecicus.
Schwedischer Gillingit.
Gillingit; Hisinger. Hisingerit; Berzelius.

22. Cronstedtites. (Cronstedtit.)

Spec. 1. Cronstedtites splendidus.*)
Glänzender Cronstedtit.
Cronstedtit; Steinmann. Chloromelan; Br. Rhomboedrischer Melanglimmer; M.

23. *Sideroschisolithus. (Sideroschisolith.)

Spec. 1. Sideroschisolithus brasiliensis.
Brasilianischer Sideroschisolith.
Sideroschisolith; Wernekink.

Appendix ad ordinem Margarophyllitarum.

A. Mineralia pseudocrystalla, (?) forma, structura crystallina vel tabulata distincta axotoma et compositione chemica Margarophyllitis similia.

(Pond. sp. = 2,6 — 2,89.)

Species mineralium dubiae, formis prismaticis crystalloideis; aut structura crystallina magis minusve distincta axotoma, aut natura tabulata, structuram crystallinam imitante; habitu plerumque eo, ut substantia magis minusve soluta esse videatur; quapropter haec mi-

*) Haec species eximio crystallorum splendore insignis est.

neralia pseudocrystalla sive ex aliis durioribus mineralibus crystallomorphis, praesertim ex Cordierite immutatione quadam substantiae orta esse creduntur.

1. *Pinites. (*Pinit; W. Mikanit. Rhomboedrischer Serpentinsteatit; M. Pinite; H. Micarelle* ex parte.) Ex Cordierite ortus esse creditur. (Conf. quae Haidingerus hac de re exposuit in Poggend. Ann., Vol. LXVII. 1846. p. 457 sqq.)
2. *Oosites. (*Oosit; Marx.*) Pinitae affinis.
3. *Chlorophyllites. (*Chlorophyllit; Ch. T. Jackson.*) Ut Shepardus et Haidingerus opinantur, transmutato Cordierite ortus esse videtur. (Poggend. Ann., loc. cit. p. 457 sq.) Formas prismaticas hexagonas exhibet; pond. spec. = 2,7. Auctore Whitneyo ex 45,2 cent. terrae siliceae, 27,6 t. argillaceae (cum acido phosphorico?), 9,6 magnesiae, 8,2 oxyduli ferri, 4,1 oxyduli mangani, 3,6 aquae compositus est. (Silliman americ. Journ., Vol. XLI. 1841. p. 357 sq.) Caeterum auctore Delessio acidum phosphoricum non immixtum habet.

   Esmarkites. (*Esmarkit; A. Erdmann.*) Ad Chlorophylliten referendus ejusdemque originis est. Auctore A. Erdmanno ex 45,97 c. terrae siliceae, 32,08 t. argillaceae, 10,32 magnesiae, 3,83 oxyduli ferri, 0,41 oxyduli mangani et 5,49 aquae constat. (Erdm. Journ., Vol. XXXI. 1844. p. 166.)
4. *Gigantolithus. (*Gigantolith; Nordenskiöld.*) Ex Cordierite ortus; prismatibus magnis dodecagonis, structura crystalloidea vel tabulata axotoma ampla distincta, pondere spec. = 2,86 — 2,88. Finnicus.
5. *„Praseolithus!“ (*Praseolith;**) *A. Erdmann.*) Hic quoque ex Cordierite ortus esse videtur. Auctore A. Erdmanno his partibus chemicis constat: 40,94 terrae siliceae, 28,79 t. argillaceae, 13,43 magnesiae, 6,96 oxyduli ferri, 0,32 oxyduli mangani, 7,38 aquae, 0,4 acidi titanici. (Erdm. Journ., Vol. XXXI. 1844. p. 166.)

---

*) Nomen omni sensu carens. Nullum enim est neque graecae neque latinae linguae vocabulum, a quo primae duae syllabae „*praseo*“ derivari possint; sed color viridis allii, ut inter omnes constat, vocabulis πράσινος, πρασίτης et *prasius* significatur. Praeterea mineralogia redundat similibus hujus generis nominibus, quae, quum alterum ab altero vix discerni possit, confusioni largam occasionem praebent, qualia sunt nomina *Prasem*, *Prasin*, *Prasilith;* quapropter facile est intellectu, nomen supra dictum vitiosissime formatum in mineralogia nullo modo recipi posse.

Digitized by Google

6. *Iberites. (*Iberit; Norlin.*) Prismatibus amplis hexagonis, structura lamellosa axotoma; pondere spec. = 2,89; auctore Norlino compositus ex 40,9 c. terrae siliceae, 30,74 t. argillaceae, 0,80 magnesiae, 0,39 calcariae, 4,57 kalii, 0,04 natri, 15,46 oxyduli ferri, 1,32 oxyduli mangani, 5,56 aquae. (Berzelius Jahresber., Jahrg. XXV. 1845. p. 330 sq. L'Institut, 1845. Decb. p. 467.)

7. *Bonsdorffites. (*Bonsdorffit; Thomson.* Hydrous Jolite; *Thomson.*) Ex Cordierite ortus. Olim a Bonsdorffio et Thomsone pro Cordierite aquam continente habitus. Prismatibus hexagonis et dodecagonis, structura aut crystallina aut tabulata axotoma distincta; 10,6 — 11,0 aquae continens. Prope Åbo in Finnia cum Cordierite anisotomo subcaeruleo et ravido repertus.

B. Mineralia crystalloidea, structura axotoma aut nulla aut vix conspicua.

(Pond. sp. = 2,5 — 2,8.)

Mineralia supra (sub lit. A) memoratis proxime affinia atque etiam compositione chemica similia. Pars eorum pseudocrystalla, transmutato aut Cordierite aut Elaeolitho orta esse videtur. Praeterea nonnulla etiam magnam cum Amphibolitis ophitoideis similitudinem habent.

8. *Fahlunites. (*Fahlunit; Hisinger. Triklasit; Hausm.*) Cujus varietates sunt: F. viridis, fuscus et piceus.

App. 1. Weissites. (*Weissit; Trolle-Wachtmeister.*) Fahlunitae simillimus.

2. Lindseyites. (*Lindseyit; Komonen. Linseït?*) Prope Orrijaerwi in Finnia repertus; Fahlunitae affinis esse dicitur. (Verhandlungen d. k. russ. min. Gesellsch. in St. Petersburg, J. 1843. p. 112 sqq.)

3. „Polychroilithus.“ (*Polychroilith;* (!) *) *P. C. Weibye.*) Lapis prismaticus hexagonus, Krageröensis Norwegiae, neque apte nominatus neque distincte descriptus; auctore Dahlio circiter 52 c. terrae siliceae, 37 t. argillaceae, 7 magnesiae, 3

*) Si auctor nominis hujus lapidis multiplicem ejus colorem significare voluit, rectius formare debebat nomen *Polychroites.*

Digitized by Google

oxydi ferri, 1 calcariae, 1 aquae, auctore Scheerero autem 6 c. aquae continens. (Leonh. n. Jahrb. f. Min. etc. 1846. p. 289 sq.)

Fahlunites, Weissites, Lindseyites et „Polychroilithus“ solutione quadam Cordieritae orti esse videntur, id quod eo potissimum comprobatur, quod „Polychroilithus“ a duritie Quarzi, quae est Cordieritae, in Liparitae et Calcitae duritiem paulatim transit.

9. *Aspasiolithus. (*Aspasiolith; Th. Scheerer.*) In regione prope Krageröe Norwegiae repertus. Habitu et duritie Serpentino euglyphi similis, formis prismaticis hexagonis, pondere spec. = 2,76; cum Cordierite anisotomo plerumque ita connatus, ut in uno eodemque prismate uterque contineatur, Aspasiolithus crystallos Cordieritae corticis instar complectens et alter in alterum transiens. Auctore Scheerero Aspasiolithus ex 50,4 c. terrae siliceae, 32,38 t. argillaceae, 8,01 magnesiae, 2,34 oxyduli ferri et 6,73 aquae compositus est. (Poggend. Ann., Vol. LXVIII. 1846. p. 323 sq.) Ceterum Th. Scheererus Aspasiolithum peculiarem mineralium speciem esse putat, non soluto Cordierite ortam, ideoque Cordieriten et Aspasiolithum mineralia isomorpha eademque polymerica appellat, chemica sua natura ita inter se referenda, ut in Aspasiolitho in unius atomi magnesiae, quam Cordierites in se continet, locum tres atomi aquae successerint, quam mixtionis legem (?) etiam in aliis mineralibus compositis naturam secutam esse opinatur. Quoniam autem Aspasiolithus substantia solida acrystalla nec idonea est, quae sua vi formas crystallinas gignat, multo magis ad veritatem accedit dicere, Aspasiolithi formas pseudocrystallas esse, quae formas Cordieritae, quo soluto ortus est, imitantur.

10. *Giesekites. (*Giesekit; Stromeyer.*) Ut Tamnau primus probavit, ex Elaeolitho dystomo commutata substantia ac praecipue natro amisso ortus esse videtur.

11. *Liebenerites. (*Liebenerit; Stotter.*) Formis hexagonis Elaeolithi dystomi, quo soluto ortus esse videtur. Substantia lenta, duritie Calcitae, pondere spec. = 2,79, colore viride-ravido. Auctore Oellachero ex terra silicea, argillacea, kalio et aqua compositus. Tyrolensis. (Hai-

Digitized by Google

dinger, Uebers. d. Res. miner. Forsch. im J. 1843. Erlang. 1845. p. 36.)

12. *Pyrargillites. (*Pyrargillit; Nordenskiöld.*) Varietas rubella, fusca et nigricans.

13. *Huronites. (*Huronit; Thomson.*) Utrum substantia simplex sit an mechanice mixta, in quaestione versatur.

14. *Killinites. (*Killinit; Taylor. Peritomer Glyphinsteatit; Haid.*) Species ambigua, de cujus natura locoque in systemate diversae inter mineralogos sunt sententiae.

Appendix. Terenites. (*Terenit; Emmons.*) Species dubia; structura crystallina quadratica a mineralibus supra memoratis diversa, sed substantia molli et fragili, quae transmutato alio quodam lapidum genere orta esse videtur, aliisque notis iis simillima; pondere spec. = 2,53, colore albido. Prope Antwerp in civitate New-York reperta.

Digitized by Google

Classis V.

MINERALIA SALINA.

Salinische Mineralien.

(**Gesäuerte Mineralien. Haloide.**)

Ordo XV.

HYDROCHALCITAE.*)

Hydrochalcite.

(***Wasserhaltige salinische Erze. Leichtere Metallhaloide. Halochalcite.***)

I. HYDROCHALCITAE PHYLLOIDEI.

Phylloidische s. glimmerartige Hydrochalcite.

(*Phyllochalcitae s. Chalcophyllitae. Phyllochalcite. Chalkophyllite.*)

(Pond. sp. = 2,5 — 3,6.)

1. Uranites. (Uranit s. Uranglimmer.)

Uranglimmer; W. Uranitspath. Uranphyllit; Br. Pyramidaler Euchlormalachit (olim Euchlorglimmer); M. Grünes Uranerz. Torbernit. Urane phosphaté ex parte; H.

Spec. 1. Uranites cyprifer.

Kupferhaltiger Uranit.

Chalkolith; Berzelius. Kupferuranit; Naum.

Spec. 2. Uranites calcifer.

Kalkhaltiger Uranit.

Uranit; Berzelius. Kalkuranit; Naum.

---

*) Aera salina sive metallorum oxyda acidifera *Chalcitas* appellaverim. Quorum quum duo ordines sint, alterum eorum, qui aliquam aquae copiam immixtam continent, alterum maxima ex parte aqua carentium ac majori pondere specifico insignitorum, Chalcitas prioris ordinis *Hydrochalcitas*, secundi ordinis *Barochalcitas* nominare licebit.

Digitized by Google

2. *Aphrochalcites. (Kupferschaum s. Aphrochalcit.)

Spec. 1. Aphrochalcites flexibilis.

Biegsamer Kupferschaum.

Kupferschaum; W. Prismatischer Euchlormalachit (olim Euchlorglimmer); M. Kupaphrit; Shepard. Tirolit; Haid. Copper Froth; Dana.

3. Chalcophyllites. (Kupferglimmer s. Chalkophyllit.)

Spec. 1. Chalcophyllites euchromaticus. *)

Euchromatischer Kupferglimmer.

Kupferglimmer; W. Rhomboedrischer Euchlormalachit (olim Euchlorglimmer); M. Kupferphyllit s. Chalkophyllit; Br. Cuivre arseniaté lamelliforme; H. Rhomboidal Arseniate of Copper; Phill. Copper-Mica; Dana.

Chalcophyllitae euchromatici cornubici compositio chemica auctore R. Hermanno haec est: 44,45 c. oxydi cupri, 17,51 acidi arsenici, 3,93 terrae argillaceae cum acido phosphorico, 2,92 oxyduli ferri, 31,19 aquae. (Erdm. Journ., Vol. XXXIII. 1844. p. 295.) Auctore Damourio autem Chalcophyllites euchr. cornubicus pro Erinite ab eo habitus has partes ch. continet, quae duarum analysium ab eo institutarum summam exhibent: 52,30 et 52,92 c. oxydi cupri, 21,27 et 19,35 acidi arsenici, 1,56 et 1,29 acidi phosphorici, 2,13 et 1,80 terrae argillaceae, 22,58 et 23,94 aquae. (Ann. de Chim. et de Ph., 3 Sér. T. XIII. 1845. p. 413. Erdm. Journ., Vol. XXXVI. 1845. p. 222.)

Appendix ad tribum Hydrochalcitarum phylloideorum.

1. *Uranochalcites. (*Uranochalcit; Br. Urangrün. Kieselkupferuranoxyd; John.*) Botryoides, hypochlorus; auctore Johnio praecipue ex oxydo cupri, oxydo uranii et terra silicea cum minori acidi phosphorici, oxyduli ferri et aquae copia constans. (C. v. Leonh. n. Jahrb. f. Min., 1845. p. 297 sq.) In montibus circa Joachimsthal sitis repertus.
2. *Zippëites. (*Zippeit; Haid. Uranblüthe; Zippe.* Joachimsthalensis; parum cognitus.
3. *Volborthites. (*Volborthit; Hess.*) Crystallis minutis tabulaeformibus, pondere spec. = 3,5, co-

*) Propter suavissimum colorem smaragdinum, qui interdum in aeruginosum vergit, sic dictus.

lore olivaceo; ex oxydo cupri, acido vanadii et aqua compositus esse videtur. Rarissimus. In metalli fodinis regionis Miascensis repertus esse dicitur. (Erdm. Journ., Vol. XIV. 1838. p. 52 sq.)

II. HYDROCHALCITAE MALACHITOIDEI.

Malachitartige Hydrochalcite.

(*Malachochalcitae. Malachochalcite. Malachitoide.*)

(Pond sp. = 3,0 — 4,2.)

4. **Euchroites.** (Euchroit.)

Spec. 1. **Euchroites hungaricus.**

Ungarischer Euchroit.

Euchroit; Br. Prismatischer Smaragdmalachit; M.

Euchroites hung. Libethenensis auctore Kühnio compositus est ex 46,9 cent. oxydi cupri, 34,4 acidi arsenici, 19,3 aquae. (Wöhler u. Lieb. Ann. d. Chem., Vol. LI. 1844. p. 129.) Idem auctore Wöhlero ex 48,09 c. oxydi cupri, 33,22 acidi arsenici, 18,39 aquae, cum vestigiis nicoli, ferri et acidi phosphorici. (Loc. cit. p. 285.)

5. **Chalcophacites.** (Chalkophacit.)

Spec. 1. **Chalcophacites liroconius.*)**

Lirokoner (blassstrichiger) Chalkophacit.

Linsenerz; W. Linsenkupfer; Hausm. Prismatischer Lirokonmalachit; M. Pelekyd; Br. Cuivre arseniaté en octaèdres obtus; H. Liriconite; Beud. Octahedral Arseniate of Copper; Phill.

Chalcophacites liroconius cornubicus auctore R. Hermanno has partes ch. continet: 36,38 c. oxydi cupri, 10,85 terrae argillaceae, 0,98 oxydi ferri, 23,05 acidi arsenici, 3,73 acidi phosphorici, 25,01 aquae. (Erdm. Journ., Vol. XXXIII. 1844. p. 297.) Idem auctore Damourio, qui duas et atypoti crystallini et crystallorum Chalcophacitae liroconii analyses instituit: 37,18 et 37,40 c. oxydi cupri, 9,68 et 10,09 terrae argillaceae, 22,22 et 22,40 acidi arsenici, 3,49 et 3,24 acidi phospho-

---

*) *Λειροκόνιος*, i. e. *pulvere pallido*, (pallide-caeruleo); vox composita ex *λειρός*, *pallidus*, et *κονία*, *pulvis*.

Digitized by Google

rici, 25,49 et 25,44 aquae. (Ann. de Chim. et de Ph., 3 Sér., T. XIII. 1845. p. 414. Erdm. Journ., Vol. XXXVI. 1845. p. 223.) Uterque diversam hujus speciei formulam chemicam proposuit.

6. Arsenochalcites. (Arsenochalcit.)

Spec. 1. Arsenochalcites plagiotomus.*)

Plagiotomer Arsenochalcit.

Strahlerz; W. Strahlenkupfer; Hausm. Axotomer (olim diatomer) Habronemmalachit; M. Klinoklas; Br. Abichit; Bernhardi. Cuivre arseniaté prismatique triangulaire; H. Aphanèse; Beud. Oblique prismatic Arseniate of Copper; Phill. Aphanesite; Dana.

Var. 1. A. pl. aeruginosus. (*Spangrüner pl. A.*)

Hujus varietatis cornubicae compositio chemica auctore Rammelsbergio haec est: 60,0 c. oxydi cupri, 29,71 acidi arsenici, 0,64 acidi phosphorici, 1,12 terrae siliceae, 0,5 calcariae, 0,39 oxydi ferri, 7,64 aquae. $\dot{\mathrm{Cu}}^{3}\overset{\cdot\cdot\cdot\cdot\cdot}{\mathrm{As}}+3\dot{\mathrm{Cu}}\dot{\mathrm{H}}$. (Rammelsb. Repert., H. II. 1845. p. 79. Poggend. Ann., Vol. LXVIII. 1846. p. 511.)

Var. 2. A. pl. caeruleus. (*Dunkelhimmelblauer pl. A.*)

Arsenochalcites pl. caeruleus cornubicus auctore Damourio constat ex 62,80 c. oxydi cupri, 27,08 acidi arsenici, 1,50 acidi phosphorici, 0,49 oxydi ferri, 7,57 aquae. (Ann. de Chim. et de Ph., 3 Sér., T. XIII. 1845. p. 413. Erdm. Journ., Vol. XXXVI. 1845. p. 221.)

7. Erinites. (Erinit.)

Spec. 1. Erinites polyhydrus.

Polyhydrischer Erinit.

Cornwallit s. untheilbarer Dystommalachit; Zippe.

Acrystallus, solidus; botryoides, reniformis et atypotus, fractura conchosa; duritie inter Apatitae et Liparitae duritiem intermedia, pondere specifico = 4,166; colore smaragdino, tam in aeruginosum quam in nigricantem colorem vergente; secundum duas analyses a Lerchio institutas compositus ex 55,00 et 54,22 c. oxydi cupri, 29,78 et 29,65

*) Sic dictus, quia structura hujus speciei crystallina distincta plano crystallorum terminali inclinato (πλάγιος) parallela est.

Digitized by Google

acidi arsenici, 2,54 et 1,77 acidi phosphorici, 12,68 et 13,36 aquae. $\dot{C}u^5\ddot{\ddot{A}}s+5\dot{H}$. Cornubicus. (Abhandl. d. k. böhm. Gesellsch. d. Wiss., Ser. 5., Vol. IV. 1847. 4. p. 649 sqq.)

Spec. 2. **Erinites oligohydrus.**

Oligohydrischer Erinit.

Erinit; Haid. Monotomer Dystomspath; Haid.

Auctore Haidingero indistincte crystallinus monotomus, auctore Breithauptio acrystallus, concentrice tabulatus; duritie speciei priori aequalis; pond. spec. = 4,0—4,1; aquae immixtae 5,0 cent. in se continens. $\dot{C}u^5\ddot{\ddot{A}}s+2\dot{H}$. Iricus.

8. Olivenites. (Olivenit.)

Spec. 1. **Olivenites oligohydrus.*)**

Oligohydrischer Olivenit.

Olivenerz ex parte; W. Olivenkupfer et Pharmakochalcit; Hausm. Prismatischer Olivenmalachit; M. Arsenischer Olivenchalcit et Elaïcites arsenicus; Br. Cuivre arseniaté en octaèdres aigus; H. Acicular Olivenite; Jameson. Right prismatic Arseniate of Copper; Phill.

Var. 1. O. ol. dystomo-lamellosus. (*Dystomblätteriger ol. O.*)

Olivenites oligoh. dyst. crystallomorphus cornubicus (?) auctore R. Hermanno continet: 56,38 c. oxydi cupri, 33,50 acidi arsenici, 5,96 acidi phosphorici, 4,16 aquae. (Erdm. Journ., Vol. XXXIII. 1844. p. 292.) Olivenites ol. dyst. crystallomorphus cornubicus auctore Damourio: 56,86 oxydi cupri, 34,87 acidi arsenici, 3,43 acidi phosphorici, 3,72 aquae. (Ann. de Chim. et de Ph., 3 Sér., T. XIII. 1845. p. 221.)

Var. 2. O. ol. radiatus et fibrosus. (*Strahlig-faseriger ol. O.*)

Holzkupfererz. Holzkupfer. Amiantkupfer.

Comp. ch. Olivenitae oligoh. fibrosi cornubici auctore R. Hermanno: 51,03 c. oxydi cupri, 40,50 acidi arsenici, 1,00 acidi phosphorici, 3,64 oxyduli ferri, 3,83 aquae. (Erdm. Journ., loc. cit. p. 294.)

Var. 3. O. ol. terreus. (*Erdiger Olivenit.*)

---

*) Ὀλιγόϋδρος, parvam aquae copiam continens.

Digitized by Google

9. Libethenites. (Libethenit.)

Spec. 1. Libethenites dystomus.

Dystomer Libethenit.

Olivenerz ex parte; W. Diprismatischer Olivenmalachit; M. Phosphatischer Olivenchalcit, Elaïcites phosphoricus et Libethenit; Br. Oktaedrisches Phosphorkupfer. Cuivre phosphaté ex parte; H. Phosphate of Copper ex parte; Phill.

Libethenites dystomus crystallomorphus auctore Kühnio has partes continet: 66,94 oxydi cupri, 29,44 acidi phosphorici, 4,05 aquae. (Wöhler u. Lieb. Ann. d. Chem. etc., Vol. LI. 1844. p. 124.) Libethenites d. Nischnetagilskensis auctore R. Hermanno: 65,89 oxydi cupri, 28,61 acidi phosphorici et 5,5 aquae. $\dot{C}u^4\ddot{\overline{P}}+\dot{H}$. (Erdm. Journ., Vol. XXXVII. 1846. p. 178.)

Appendix. 1. *Ehlites. (*Ehlit; Bergmann.*) Habitu Aphrochalcitae flexibili simillimus, chemica compositione ad Libetheniten dystomum prope accedens. Ehlites Nischnetagilskensis auctore R. Hermanno ex 66,86 c. oxydi cupri, 23,14 acidi phosphorici et 10,0 aquae mixtus est. (Loc. cit. p. 178.) — R. Hermannus huc pertinere putat illud Cupro-phosphato-hydratum, quod Kühnius *Kupferdiaspor* nominavit, Libethenense, ex 69,6 c. oxydi cupri, 24,1 acidi phosphorici et 6,26 aquae compositum. $\dot{C}u^5\ddot{\overline{P}}+3\dot{H}$. (Wöhler u. Lieb. Ann. d. Chem., Vol. LI. 1844. p. 126.)

2. *Tagilites. (*Tagilit; R. Hermann.*) Et radiatus et solidus, pondere spec. = 3,5, colore smaragdino; auctore R. Hermanno compositus ex 61,29 c. oxydi cupri, 26,44 acidi phosphorici, 10,77 aquae, 1,5 oxydi ferri. $\dot{C}u^4\ddot{\overline{P}}+3\dot{H}$. (Erdm. Journ., Vol. XXXVII. p. 184 sq.)

3. *Trombolithus. (*Trombolith; Br.*) Acrystallus; pondere spec. = 3,4; auctore Plattnero ex 39,2 oxydi cupri, 41,0 acidi phosphorici et 16,8 aquae compositus. $\dot{C}u^3\ddot{\overline{P}}^2+6\dot{H}$. R. Hermann.

10.

Digitized by Google

10. Phosphorochalcites. (Phosphorochalcit.)

Spec. 1. Phosphorochalcites dystomus.

Dystomer Phosphorochalcit.

Phosphorkupfererz; W. Prismatischer Habronemmalachit; M. Hemiprismatischer Dystommalachit; Haid. Prasinchalcit et Prasin; Br. Prismatisches Phosphorkupfer. - Pseudomalachit; Hausm. Lunnit; Bernhardi. Cuivre phosphaté ex parte; H. Phosphate of Copper ex parte; Phili.

Var. 1. Ph. dystomus lamellosus. (*Dystomblätteriger Ph.*) Hujus varietatis Virnebergensis compositio chemica auctore Kühnio haec est: 68,87 c. oxydi cupri, 21,41 acidi phosphorici, 8,59 aquae. $\dot{C}u^6 \dddot{\text{P}} + 3\dot{H}$. (Wöhler u. Lieb. Ann. d. Chem., Vol. LI. p. 127.)

Var. 2. Ph. d. radiatus et fibrosus. (*Strahlig-faseriger d. Ph.*)

Dihydrit ex parte; R. Hermann.

Phosphorochalcites d. radiatus globosus Virnebergensis auctore R. Hermanno continet: 67,25 c. oxydi cupri, 24,55 acidi phosphorici, 8,20 aquae. (Erdm. Journ., Vol. XXXVII. p. 181.) Phosphorochalcites d. radiatus Nischnetagilskensis auctore eodem: 68,75 c. oxydi cupri, 23,75 acidi phosphorici, 7,5 aquae. (Loc. cit. p. 180.)

Dihydrites (*Dihydrit; R. Herm.*) crystallinus et crystallomorphus, Nischnetagilskensis a Phosphorochalcite dystomo nulla alia nota differt, quam chemica minimi momenti, quippe qui paulo minorem aquae copiam in se continet, in ceteris autem omnibus cum Phosphorochalcite d. congruit. Auctore R. Hermanno ex 68,21 c. oxydi cupri, 25,30 acidi phosphorici et 6,48 aquae constat. $\dot{C}u^5 \dddot{\text{P}} + 2\dot{H}$.

Var. 3. Ph. d. solidus. (*Dichter d. Ph.*)

11. Pharmacosiderites. (Pharmakosiderit.)

Spec. 1. Pharmacosiderites dystomus.

Dystomer Pharmacosiderit.

Würfelerz; W. Pharmakosiderit; Hausm. Hexaedrischer Lirikonmalachit; M. Siderit; Br. Fer arséniaté; H. Arseniate of Iron; Phill. Cube Ore; Dana.

Var. 1. Ph. d. viridis. (*Grüner d. Ph.*)

Beudantit ex parte; Levy.

Digitized by Google

Var. 2. Ph. d. nigricans. (*Grünlichschwarzer d. Ph.*)
Beudantit ex parte; Levy.

Auctore Descloizeaux Beudantites prope Horhausen repertus crystallorum formis cubicis omnibusque notis physicis cum Pharmacosiderite dystomo congruit, et auctore Damourio ex iisdem, quae hujus speciei sunt, partibus chem. compositus est. Beudantites viridis enim oxydum ferri, acidum arsenicum et aquam continet, Beudantites nigricans autem praeter has partes etiam plumbum sulphuricum immixtum habet. (Ann. de Chim. et de Ph., 3 Sér., T. X. 1844. p. 73 sqq.)

Var. 3. Ph. d. fuscus. (*Brauner d. Ph.*)

12. Scorodites. (Skorodit.)

Spec. 1. Scorodites leucoconius.

Weissstrichiger Skorodit.

Skorodit; Bt. Peritomes Flusshaloid; M. Cuivre arseniaté ferrifère; H. Neoctèse; Beud. Cupreous Arseniate of Iron; Bournon.

Var. 1. Sc. l. viridis. (*Grüner w. Sk.*)
Scorodites leucoconius viridis Vaulryensis auctore Damourio ex 31,89 c. oxydi ferri, 50,95 acidi arsenici et 15,64 aquae compositus est. Scorodites l. v. Schwarzenbergensis Saxoniae auctore eodem ex 33,00 c. oxydi ferri, 52,16 acidi arsenici, 15,58 aquae; Scorodites l. v. cornubicus ex 32,74 oxydi ferri, 51,06 acidi arsenici et 15,68 aquae. $\dddot{F}e\,\ddot{\ddot{A}}s + 4\dot{H}$. (Ann. de Chim. et de Ph., 3. Sér., T. X. 1844. p. 406 sqq.)

Var. 2. Sc. l. nigricans. (*Grünlichschwarzer w. Sk.*)

Var. 3. Sc. l. fuscus. (*Brauner w. Sk.*)

Néoctèse, Beud. (Fer arséniaté du Brésil) non tantum crystallorum formis auctore Descloizeaux, sed etiam compositione chemica auctore Damourio cum Scorodite leucoconio ita congruit, ut huic omnino adnumerandus sit. Auctore Damourio 33,20 c. oxydi ferri, 50,96 acidi arsenici et 15,70 aquae continet. (Loc. cit. p. 412.)

13. *Arsenocrocites. (Arsenokrokit.)

Digitized by Google

Spec. 1. **Arsenocrocites xanthoconius.*)**
Gelbstrichiger Arsenokrokit.
Arséniosidérite; **) Dufrénoy.

Crystallinus, fibrosus, reniformis, mollissimus, pondere spec. = 3,52, auctore Rammelsbergio = 3,88; ex badio flavus, facillime igne liquescens; auctore Dufrénoy has partes chemicas continens: 41,31 c. oxydi ferri, 34,26 acidi arsenici, 8,43 calcariae, 4,04 terrae siliceae (mechanice immixtae), 0,76 kalii, 1,29 oxydi mangani, 8,75 aquae. (Compt. rend. des séanc. de l'Acad. etc. T. XVI. p. 22. Erdm. Journ., Vol. XXVIII. 1843. p. 315 sq.) Auctore Rammelsbergio: 40,00 c. oxydi ferri, 39,16 acidi arsenici, 12,18 calcariae, 8,66 aquae. (Rammelsb. Repert., H. II. 1845. p. 20. (Poggend. Ann., Vol. LXVIII. 1846. p. 508.) In fodina, ex qua metallolithi manganici effodiuntur, prope Romanèche repertus.

14. Chlorosiderites. (Chlorosiderit s. Grüneisenstein.)

Spec. 1. **Chlorosiderites liroconius.***)**
Lirokonischer Chlorosiderit.
Grüneisenstein; Ullmann. Dufrénit; Brongniart. Alluaudit; Bernhardi. Kraurit; Br. Sousphosphate de fer manganésifère du Limousin; Beud.

App. 1. *Melanochlorus. (*Melanchlor; Fuchs. Melanochlor.*) Auctore Fuchsio ex oxydo ferri et acido phosphorico constans. Prope Rabenstein in regione Bodenmaisensi repertus. (Erdm. Journ., Vol. XVII. 1839. p. 171.)

---

*) Cultro incisus vel contritus pulverem flavum praebet.

**) Quum inter omnes mineralogos constet, nomen *Arsenosideritae* jam dudum mineralium generi notissimo impositum esse, idem nomen novo cuidam generi diversae naturae tribui non posse facile est intellectu. Huc accedit, ut nomen, quod Dufrénoy generi supra nominato imposuit, (Arséniosidérite) omnino perperam formatum sit, ita ut legibus linguae repugnet. Has ob causas equidem necessarium esse duxi, aliud nomen proponere, scilicet nomen supra dictum *Arsenocrocites*, ex nomine characteristico, sed longiore *Arsenosiderocrocites* contractum, quo nomine et structura fibrosa (κρόκη, fibra), qua novi hujus generis species unica distinguitur, et color ejus flavus (κροκόεις, croceus), et acidum arsenicum, quod ei immixtum est, significantur.

***) Sic dictus, quia pulverem praebet pallidum, ex flavo subviridem.

Digitized by Google

Ad Chlorosideriten liroconium pertinere videtur.

2. Chalcosiderites. (*Chalkosiderit; Ullmann.*) Dubia species.

15. Atacamites. (Atacamit.)

Spec. 1. **Atacamites amphigonus.*)**

Amphigoner Atacamit.

Salzkupfererz; W. Atacamit; Blumenbach. Salzsaures Kupfer. Chlorkupfer. Chlorochalcit. Smaragdochalcit; Hausm. Halochalcit; Br. Prismatoidischer Habronemmalachit; M. Cuivre muriaté; H. Muriate of Copper; Phill.

Var. 1. A. a. lamellosus. (*Blätteriger amph. A.*)

Var. 2. A. a. radiatus. (*Strahliger a. A.*)

Var. 3. A. a. solidus. (*Dichter a. A.*)

Var. 4. A. a. arenaceus. (*Sandiger a. A.*)

16. Brochantites. (Brochantit.)

Spec. 1. **Brochantites striatus.**)**

Gestreifter Brochantit.

Brochantit; Levy. Prismatischer Dystommalachit; M. Sous-Sulfate de cuivre.

Hujus speciei compositio chem., si particulae mechanice ei admixtae non respiciuntur, auctore Rammelsbergio haec est: 68,34 c. oxydi cupri, 18,69 acidi sulphurici, 12,97 aquae. $\dot{C}u^4 \dddot{S} + 3\dot{H}$. (Poggend. Ann., Vol. LXII. 1844. p. 138 sq.)

Krisuvigites, (*Krisuvigit; Forchhammer*), Islandicus, ex 67,75 c. oxydi cupri, 18,88 acidi sulphurici, 12,81 aquae, 0,56 oxydi ferri et terrae argillaceae compositus, a Brochantite striato nulla nota essentiali differt. (Berzelius Jahresber., Jahrg. XXIII. 1843. p. 264 sq.)

Appendix. 1. Sulphatum cupri (*schwefelsaures Kupferoxyd*) mexicanum, a Berthiero exploratum, Brochantitae striato simillimum est.

---

*) Ἀμφίγονος, *duplici loco natus.* Species supra dicta ita cognominata est, quia duplicem originem habet, in metallorum venis montium, quos dicunt, primitivorum non minus quam in saxis, quae nostra aetate ex montibus ignivomis effluxa aëre consolidantur, orinnda.

**) Sic cognominatus, quia prismata hujus speciei rhombica semper distincte striata inveniuntur.

Digitized by Google

2. Koenigites. (*Königit; Beud. Königin; Levy.*) Sibiricus; Brochantitae affinis.

17. Dioptasius. (Dioptas.)

Spec. 1. Dioptasius nobilis.

Edler Dioptas.

Kupfersmaragd; W. Rhomboedrischer Smaragdmalachit; M. Achirit; Hermann. Dioptase; H. Emerald Copper.

Novae rhomboedrorum plagioedricorum formae, quae tetartoedra sunt didodecaedrorum, in crystallis Dioptasii nobilis nuper a Webskyo observatae atque descriptae sunt. (Poggend. Ann., Vol. LXIX. 1846. p. 543 sq.) — Novae analyseos Dioptasii nobilis a Damourio institutae haecce summa est: 50,10 c. oxydi cupri, 36,47 terrae siliceae, 11,40 aquae, 0,42 oxydi ferri, 0,35 calcariae cum acido carbonico. (Ann. de Chim. et de Ph., 3 Sér., T. X. 1844. p. 486.)

18. *Buratites. (Buratit.)

Spec. 1. Buratites belonoides.

Nadelförmiger Buratit.

Hydrocarbonate de zinc, de cuivre et de chaux; Delesse.*)

Microcrystallus, crystallis prismaticis tenuissimis non satis cognitis, pondere spec. = 3,3, colore aeruginoso et cyaneo. Auctore Delessio compositus ex 32,02 oxydi zinci, 29,46 oxydi cupri, 8,62 calcariae, 21,45 acidi carbonici, 8,45 aquae. $2(\dot{C}a, \dot{C}u, \dot{Z}n)\ddot{C} + \dot{H}$. Altaicus. — Alia ejusdem speciei varietas, partium chemicarum ratione paulo diversa, (41,19 c. oxydi zinci, 29,00 oxydi cupri, 2,16 calcariae, 19,88 acidi carbonici et 7,62 aquae continens) prope Chessy, ac tertia, quae magnam copiam calcariae cum acido carbonico immixtam habet, prope Temperino in Toscana reperta est. (Ann. de Chim. et de Ph., 3 Sér., T. XVIII. 1846. p.

*) Delessius quidem novam hanc speciem nomine *Burati*, a quo plurima illius specimina accepit, ornare sibi proposuit, nomen autem speciei ipsum non protulit. Igitur equidem nomen *Buratitae* formans in Delessii animo hoc fecisse mihi videor.

Digitized by Google

478. Erdm. Journ., Vol. XL. 1847. p. 187 sqq.) — Haec species ad Orichalciten Altaicum prope accedit, et nondum pro rato haberi potest, an peculiaris sit.

19. **Orichalcites.** (Orichalcit.)

Spec. 1. **Orichalcites Altaicus.**

Altaischer Orichalcit.

Aurichalcit; *) Th. Böttger.

Auctore Th. Böttgero compositus est ex 45,83 cent. oxydi zinci, 28,19 oxydi cupri, 16,05 acidi carbonici et 9,95 aquae. $\dot{Zn}^3 \ddot{C} + \dot{Cu}^2 \ddot{C} + 3\dot{H}$. (Poggend. Ann., Vol. XLVIII. 1839. p. 459 sq. Erdm. Journ., Vol. XXXIII. 1844. p. 298 sq.)

Appendix. Lapis quidam microphyllus viridis, cui R. Hermannus nomen *Kupferschaum* imposuit, cujus pondus spec. = 3,01 et cujus locus natalis ignotus est, Orichalcitae Altaico adnumerandus esse videtur. (Erdm. Journ., l. c. p. 298.)

20. **Malachites.** (Malachit.)

Spec. 1. **Malachites vulgaris.**

Gemeiner Malachit.

Malachit; W. Hemiprismatischer Habronemmalachit; M. Cuivre carbonaté vert; H. Green Carbonate of Copper; Phill. Cuprum aerugo nativa; Wallerius. Molochites; (?) Plin. Ψευδὴς Σμάραγδος (?); Theophr. (Pseudosmaragdus, in cupri fodinis insulae Cypri natus.)

Var. 1. M. v. lamellosus. (*Blätteriger gem. M.*)

Var. 2. M. v. fibrosus. (*Faseriger gem. M.*)
Atlaserz.

Var. 3. M. v. solidus. (*Dichter g. M.*)

Var. 4. M. v. terreus. (*Erdiger g. M.*)
Kupfergrün ex parte.

Appendix. 1. Malachites calcifer. (*Kalkmalachit; Zinken.*) Auctore Zinkenio ex oxydo cupri, oxydulo ferri, terra calcaria, acido carbonico et acido sulphurico constat.

---

*) Vox spuria *aurichalcum* (*Messing*), ad quod spectat nomen *Aurichalcites*, depravatione ex graeco vocabulo ὀρείχαλκος orta est, quam ob caussam nomina *orichalcum* et *Orichalcites* non solum praeferenda, sed hac una ratione recte formata sunt.

Digitized by Google

